Manuale Iuris:

Quo continetur

Iuris Ciuilis Romani

HISTORIA.

BIBLIOTHECA,

FLORILEGIVM Sententiarum Politicarum, & communium notionum.

SERIES Librorum & Titulorum.

Auctore I. G[illegible]

Coloniæ Allobrogum.

Apud IOAN. DE TOVRNES.

& IAC. de la PIERRE.

M. DC. XXXII.

ILLVSTRISSIMO Dn.

Dn. BASILIO Vicecomiti FILDING, &c.

IACOBVS GOTHOFREDVS I.C. & Sen. Geneuensis.

FLAGITABAS à me nuper, cùm te hoſpite incundiſſimo, vnà cum ſpectatæ eruditionis & iudicij viro D. Roberto MASSONO, vterer, & deinceps per literas Lutetiâ, illâ illâ virorum doctiſſimorum vaginâ perſcriptas, quânã viâ Iuris Ciuilis ſtudium, quod vtique *Po-*

liticum noras, rectè ingredi, mox vbi ad rerum actum olim ventum foret, peritiam eius, eamque non vulgarem, præstare liceret. Nam & eò quoque progressa est insignis illa naturæ tuæ bonitas, summáque ingenij felicitas, vt cùm cœtera omnia præclarè facias, id quoque velis, id agas, vt ne in hanc tantum partem defecisse videâre.

Poteram equidem, quam ipse mihi iam olim munieram, ilicò postulanti commonstrare viam: verùm quia *commonstrasse* non sufficiebat, nisi *demonstrassem*, demonstrare porrò ob repentinum discessum tuum nō licuerat, ilicò animum subiit, hanc explicandæ deinceps paulò prolixiùs super hâc re sententiæ meæ occasionem arripere: Tuâ primùm gratiá

tiâ, qui auctor incentorque mihi eiusce rei fuisti, mox in cœterorum Iuris studiosorum vsum, qui hanc tibi gratiam debituri sunt: Eò maximè, quia animaduerterem, quàm plurimos hactenùs errare grauiter in via Iuris discendi, atque exinde cùm ipsi nequicquam sese fatigarunt, iniustis querelis ipsam Iurisprudentiam fatigare, & quasi perplexam atque ἀμεθόδευτον proscribere: eò quod ignorarent, quot quibusque *gradibus* ad augustum illud Iurisprudẽtiæ templum enitendum esset.

Succurrendum igitur & consulendum erroribus eorum existimaui: Non quidem, quod in procliui erat, quodque multi suo quique ex ingenio fecerunt hactenùs, vt indicinam *Artis* alicuius nudam facerem, verùm vt iustis,

quantum res exigit, libellis rem ipsam oculis subiicerē. Quantum enim proderat, indicasse singula, si in singulis adhuc inuestigandis operosè Iuris studioso allaborandum erat? Poteram equidem in summam dicere, iuris studium ingressuro ante omnia *Historiā Iuris* tenendā esse, sine quâ veluti face sacris his initiari fas non esset. Poterā dicere, vt in cæteris artibus, ita in hoc quoque studio, instrumenta artis suæ studiosum nosse atque in parato ceu instructum fundi, habere oportere, *Bibliothecam* inquam *Iuris*, seu recensum librorum & monumentorum, quæ superiorum temporum iniuria è veteri Iurisprudentiâ Ciuili reliqua nobis fecit. Poteram dicere, duobus superioribus ita præstructis, à Catholicis seu generalibus

inci

incipiēdũ eſſe, *i. Sententias* rotundiores è libris Iuſtinianeis à ſtudioſo, ſeruato librorũ ordine, excerpendas, memoriæque, mãdandas, quibus videlicet, ceu cõmunibus, ac fermè Politicis, notionibus, tironis ingeniũ vtiliſſimè imbuitur: Ita quidẽ, vt ipſas Leges, vnde ſententiæ illæ deſumptæ ſunt, κατὰ πόδας ſtudioſus ſimul conſuluiſſe velit. Poteram dicere, poſt hæc tria, latifundium Corporis Iuris Ciuilis iam ingreſſuro, cuiuſque libri titulique *Seriem* certâ perpetuaque methodo, tuã & ſenſum cuiuſque pauciſſimis verbis tenendum, iis, & variis, rationibus quas mox pleniùs ſuo loco ediſſeram. Hæc, inquam, indicare poteram omnia: Quatuor videlicet, ſic vt dicam, *anſas* illas eſſe, quibus Iuriſprudentiam noſtrã contingi

ſeu contrectari primùm oporteret, niſi malæ, irritæ ſaltem, tractationis reus peragi quis vellet.

Mox in penetralia iuris ſtudioſi animum, iis quæ dixi præparatum atque imbutum, aliis inſuper præceptis munitum immittere poteram: Monuiſſemque, ad decurſum vſumque huiuſce ſtudij, quatuor rurſum λαβὰς requiri: Ac primùm quidem *Caſuandi artem* ante omnia tenendam, i. quanam ratione genuina cuiuſque legis ſpecies, quæ ſæpè in abdito eſt, vnà cum rationibus dubitandi & decidendi, educi poſſit, & exinde certa iuris principia (quæ perpauca admodum ſunt) in vſus cuiuſque ſeponi. Monuiſſem, incumbendũ in *Antinomiarum*, id eſt, legum inter ſe pugnantium conciliationẽ. Monuiſſem, in tantâ legum ſiue

mole

mole, siue ἀχρηςία, *Singularibus* & *Practicabilibus* legibus inhærendum cumprimis esse: Monuissem tandem, pro fastigio huius, sic vt dicam, ædificij, inter *Interpretes* iuris & *Pragmaticos*, eos tantum habendos paucósque, qui probatę receptæque apud plerosq; lectionis essent. Hæc, inquam, OCTO, iam tùm flagitanti tibi in genere suggerere poteram, verùm quia tam facilè ea diffluere poterant, quàm iustum doctorem vel certè tractatum requirunt, ideò in hoc tempus ea seponere visum.

Quare habe tibi Ill. D. hoc Manuali, priora illa quatuor: vbi non consilium tantum de *Historia* Iuris Romani noscenda occurret, verùm ipsa, eaque breuis: Nō monitum de colligendis veteris iuris Romani reliquiis, verùm *Bibliothe-*

ea ipsa, seu recensus earum, quàm fieri potuit accuratus: Non præceptum de *Sententiis* ex toto iure colligendis, verùm Florilegium iam decerptũ: Non inanis & nudus librorum & titulorum Iuris Index, quo memoria tantũ fatigatur, verùm ipsa *Series* atque *ἀλληλουχίας* ratio, quæ ad memoriam maximè facit.

Sequetur deinceps alterum *Enchiridium* quo totidem partes continebũtur: Puta Ars illa, quam dixi, *Casuandi*. 2. *Antinomicus* seu Conciliatio legũ inter se pugnãtiũ, vbi paucissimis verbis earũ quæstiones, ratioq; conciliandi proponetur. 3. *Selectarũ & practicabilium legum* index, & quæ cuiusque materiæ sedes sit. 4. Postremo sequetur Consilium de *Bibliothecâ* rectè à studioso instituenda

tuenda, ſiue Theoricâ, ſiue Pra-
cticâ, deſignatis ipſiſmet libris.

Priore iſto Manuali, Ill. D. ceu vino inferio, macte te nunc eſſe velim: eâ ſpe, haud paulò priùs ad finem huiusce à te peruentũ iri, (ſi modò ei immorari iuuat.) quin altero non indonatus abeas: ſi modò, (quam exceptionem addo) valetudo, quæ mihi nunc querula eſt, rerumque actus, quo haud parumdiſtrahor, non intercedant.

Quidquid iſtud eſt, habe tibi id, à *Virtutum Tuarum* cultore, quæ iam alios & potiores præcones nactæ ſunt, nacturæ plures deinceps. Valeas vigeasque Illu. D. ſingulari tùm gentis tùm familiæ tuæ ornamento, ac munimen to.

FLORILEGIVM

Rotundiorum Iuris *Sententiarum*, quæ *Communium Notionum* instar sunt, è Digestis, Codice, & Nouellis Selectarum.

FLORILEGIVM

Rotundiorum Iuris *Sententiarum*, quæ *Communium Notionum* inſtar ſunt, è Digeſtis & Codice & Nouellis Selectarum.

Ex Lib. I. Digeſt.

BONOS non ſolùm metu pœnarum, verùm etiam præmiorũ quoque exhortatione efficere cupientes. Vlp. *l.1.* §. 1 *.π.de iuſt.& iure.*

Iure hoc euenit, vt quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exhiſtimetur. Florent. *l.3.π.de iuſt.& iure.*

Cùm inter nos cognationem quandam natura conſtituit, conſequens eſt, hominem homini

insidiari nefas esse. Florent. *l.3. π. de iust.& iure.*

Prætor quoque ius reddere dicitur, etiã cùm iniquè decernit, relatione scilicet facta non ad id quod ita Prætor facit, sed ad illud, quod Prætorẽ facere conuenit. Paulus *l.12. π. de iust.& iure.*

Cuiusque rei potissima pars principium est. Gaius. *l.1.π.de origine iuris.*

Turpe est Patricio, & Nobili, & causas oranti ius in quo versaretur ignorare. Q. Mucius apud Pomp. *l.2.§.43.π. de origine iuris.*

Pleræque *leges tituli de legibus*, memoria tenendæ.

Lege Regia, quæ de Imperio Principis lata est, populus ei & IN EVM omne suum imperium & potestatem confert. Vlp. *l.1.π. de constit.de Princip.*

In rebus nouis constituendis euidens esse vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod diu

æquum

æquum visum est Vlp. *l. 2. π. de const. Princip.*

Beneficium Imperatoris, quod à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quàm plenissimè interpretari debemus. Iauolenus *l. 3. π. de const. Princip.*

Constitutiones tempore posteriores, potiores prioribus. Modestinus *l. vltim. π. de constitut. Princip.*

Hominum causa omne ius constitutum. Hermogenianus *l. 1. π. de statu hom.*

Non debet calamitas matris nocere ei qui in vtero est. Marcianus *l. 5. §. 2. π. de statu hom.*

Qui in vtero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quæritur. Paulus *l. 7. π. de statu hom.* vide & *l. 26. eod.*

In multis iuris articulis deterior est conditio feminarum quàm masculorum. Papinianus

l.9.π.de statu hom.

Cùm legitimæ nuptiæ factæ sunt, patrem liberi sequuntur: vulgo quæsitus (id est spurius) matrem sequitur. Celsus *l.19.π. de statu hom.* v. & *l.24.eod.*

Res iudicata pro veritate accipitur. Vlp.*l.25.π. de statu hom.*

Dominorum potestatem in suos seruos illibatam esse oportet, neque cuiquam hominum ius suum detrahi. D. Pius apud Vlpianum *l. 2. π. de his qui sui.*

Dominórum interest, ne auxilium contra sæuitiam vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur his, qui iustè deprecantur. D.Pius apud Vlp. *l. 2. π. de his qui sui.*

Filiusf. in publicis causis loco patrisfamilias habetur. Pomponius *l.9.π.de hos qui sui.*

Spem (successionis paternæ) vnusquisque liberorum obsequio paret sibi. Vlpianus *l.17.§.3. π.de*

π. de adopt.

Adoptio non ius ſanguinis, ſed ius adgnationis adfert. Paulus *l. 23. π. de adopt.*

Quod diuini iuris eſt, id in nullius bonis eſt Gaius *l. 1. π. de rerum diuiſ.*

Res ſacra non recipit æſtimationem. Vlpianus *l. 9. §. vlt. π. de rerum diuiſ.*

Maior dignitas eſt in ſexu virili. Vlpianus *l. 1. in f. pr. π. de ſenatoribus.*

Qui indignus eſt inferiore ordine, indignior eſt ſuperiore. Pōponius *l. 4. π. de ſenatoribus.*

Quæſita dignitas liberis, propter caſum patris auferenda non eſt. Papinianus *l. 9. π. de ſenatorib.*

Salutem Reipub. tueri, nulli magis credidit (Cæſar) conuenire, nec alium ſufficere ei rei quàm Cæſarem. Paulus *l. 3. π. de off. præf. vigilum.*

Plerumque incerta & inopi-

nata turbant prouinciales, & actus impediunt. Vlp. *l.* 4. §. *π. de off. Procons.*

Vetus prouerbium οὔτι πάντα, οὔτι πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Nam valde inhumanum est à nemine accipere: sed passim, vilissimum est: & omnia, auarissimum. Vlp. *l.* 6. § 2. *de off. Procons.*

Opprimi aliquem per aduersarii potentiam non oportet: hoc enim etiam ad inuidiam eius qui prouinciæ præest, spectat. Vlp. *l.* 9. § 5. *in f. π. de off. Proconsulis.*

Veritas, rerum erroribus gestarum non vitiatur. Vlp. *l.* 6. § 1. *π. de off. Præsidis.*

Sicuti medico imputari euentus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet: & prætextu humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet. Vlp. *l.* 6.

l.6.§.7.ꝟ. de off. Præsid.

Non tam spectãdum est quid Romæ factum est, quàm quid fieri debeat. Proculus *l.12.ff. de off. Præsidis.*

Obseruandum est ius reddenti, vt in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni non patiatur. Nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur. Callistratus *l.19.ff. de off. Præsidis.*

Animi motum vultus detegit. Callistratus *l.19. ff. de off. Præsidis.*

Ex Lib. II.

CVi iurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potest. Iauolenus *l.2.ff. de iurisdict.*

Est receptum eoque iure vtimur, vt si quis maior vel æqualis

ſubiiciat ſe iuriſdictioni alterius, poſſit ei & aduerſus eum ius dici. Vlpianus *l.14.ff.de iuriſd.*

Non conſentiunt, qui errant. Vlpianus *l.15.ff.de iuriſd.*

Extra territorium ius dicenti impunè non paretur. Paulus *l. vlt.ff.de iuriſd.*

Quod quiſque iuris ſtatuerit in alterum, vt ipſe eodem iure vtatur. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe aliis dixit vel dici effecit? Vlpianus *l.1. ff.quod quiſque iuris.*

Quid officit conatus, cùm iniuria nullum habuerit effectum? Vlpianus *l.1. in f. ff.quod quiſque iuris.*

Vna eſt omnibus parentibus ſeruanda reuerentia. Paulus *l.6. ff.de in ius vocando.*

Domus, tutiſſimum cuique refugium atque receptaculum. Gaius *l.18.ff.de in ius voc.*

Verba cum effectu ſunt accipienda.

pienda. Vlpianus *l.5. §.2.ff. ne quis eum in ius voc. vi eximat.*

Locuples videtur non tantùm ex facultatibus, sed etiam ex cõueniendi facilitate. Vlp. *l.2. in pr. ff. qui satisdare.*

Quotiens vitiosè cautum est, non videtur cautum. Paulus *l.6. ff. qui satisdare.*

Ab vtraque parte dolus compensandus. Iulianus *l. vlt. §.3. ff. de eo per quem fact.*

Quis de pœna laboret, post negotium transactum? Vlpian. *l.2. in f. pr. ff. si quis cautionib.*

Occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt. Vlp. *l.1. ff. de feriis.*

Prætoris factum iuri derogare non oportet. Vlpianus. *l.1. §.1. ff. de feriis.*

Ea quæ ad disciplinam militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda. Vlpianus *l.9. ff. de feriis.*

Quid tam congruum fidei humanæ, quàm ea quæ inter eos placuerunt seruare? Vlp. *l.1.in pr. ff.de pactis.*

Quotiens pactum à iure communi remotum est, seruari hoc non oportet. Vlpianus *l.7.* §. *16. ff.de pactis.*

Difficile est, vt vnus homo duorum vicem sustineat. Paulus. *l.9.ff.de pactis.*

In stipulationibus ius continetur, in pactis factum. Paulus *l.* 27. §. 2. *ff.de pactis.*

Expedit timere furti vel iniuriarum pœnam. Paul *l.* 27. §. 4. *ff. de pactis.*

Pacta quæ turpem causam cõtinent, non sunt obseruanda. Paulus *l.27.* §. *4. ff.de pactis.*

Contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta, rata non habentur. Gaius *l.2 5.ff.de pactis.*

Ius publicum priuatorum pactis mutari non potest. Papin. *l.*

38. *ff. de pactis.*

Pactis priuatorum formam iuris fiscalis conuelli non placuit. Papin. *l.* 42. *ff. de pactis.*

Licet sui iuris persecutionem, aut spem futuræ perceptionis, deteriorem constituere. Tryph. *l.* 46. *ff. de pactis.*

Priuatis pactionibus, non dubium est non lædi ius cœterorũ. Antoninus & Verus apud Scæuolam *l.* 3. *ff. de transac.*

Prætori res quærenda commissa est, non negligenda nec donanda. Vlpianus. *l.* 8. § .17. *ff. de transac.*

Ex Lib. III.

NE pœna tempore determinata, contra sententiæ fidẽ vlterius porrigatur. Papin. *l.* 8. *ff. de postulando.*

Ignorantia excusatur non iu-

ris ſed facti. Vlp. *l.* 20. *ff. de his qui not. inf.*

Non qui exhortatur, mandatoris operâ fungitur. Papi. *l.* 20. *ff. de his qui not. inf.*

Non oportet ex ſententia ſiue iuſta, ſiue iniuſta pro alio habita alium prægrauari. Paulus *l.* 21. *ff. de his qui not. inf.*

Ictus fuſtium infamiam non importat, ſed cauſa, propter quã id pati meruit. Marcellus *l.* 22. *ff. de his qui not. infam.*

Nemo alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur. Gaius *l. qui proprio* 46. §. 2. *ff. de procurat.*

Defendere eſt eandem vicem quam reus ſubire. Vlpianus *l. minor.* 51. §. 1. *ff. de procuratorib.*

Omnis qui defenditur, boni viri arbitratu defendendus eſt. Paulus *l.* 77. *ff. de procuratorib.*

Partes duæ ciuitatis aut amplius quàm duæ quod faciunt, omnes

omnes facere videntur. Vlpian. *l.3.ff.quod cuiusque vniuersit.*

Ratihabitio constituet tuum negotium, quod ab initio tuum non erat, sed tua contemplatione gestum. Iulianus *l.6.ff. de negot.gestis.*

Iniquum est, eum qui non prohibuit, alieno facto liberari. Vlp. *l.8.§.3.ff.de negot.gest.*

Pro qualitate personarum & actio formanda, & condemnatio moderanda est. Paulus *l.15.ff. de negot.gest.*

Culpam contraxisse non videtur, qui ab sententia contra absentem dicta, ipse non prouocauit. Papinianus *l.31.ff.de negot. gest.*

Prædo fideiussor non videtur. Papinianus *l.32. ff. de negot. gest.*

Turpia lucra heredibus extorquentur, licet crimina extinguantur. Vlp. *l.5.ff.de calumniatorib.*

Ex Lib. IV.

ETsi nihil facilè mutandum est ex Solemnibus, tamen vbi æquitas euidens poſcit ſubueniendum eſt.[i] Marcellus *l.7.ff. de in integr. reſtitut.*

Ad famoſam actionem tunc demum deſcendendum eſt, cùm remedio locus eſſe non poteſt. Marcellus *d.l.7.in fine.*

Vim vi repellere licet. Vlp. *l. 12.ff. quod metus cauſa.*

Tu vim putas eſſe ſolùm, ſi homines vulnerentur, vis eſt & tunc, quotiens quis id, quod deberi ſibi putat, non per Iudicem repoſcit. Calliſtratus *l.13.ff. quod met. cauſ.*

In alterius præmium verti alienum metum non oportet. Vlp. *l.14. §. 5. ff. quod met. cauſ.*

Licet pœna ad heredem non tranſeat, attamen, quod turpiter

vel

vel scelere quæsitum est, ad compendium heredis non debet pertinere. Vlpianus *l.16. ff.quod met. caus.*

Is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam aduersarij inanis actio est. Gaius *l. 6.ff.de dolo malo.*

Nisi ex magna & euidenti calliditate, non debet de dolo actio dari. Vlp.*l.7 inf.de dolo malo.*

Debitore liberato, per consequentias fideiussor quoque dimittitur. Papinianus *l. 19. ff. de dolo malo.*

Semel pro libertate dictam sententiam, retractari non oportet. Vlp.*l.24.ff.de dolo malo.*

Non debet quis lucrari ex alieno damno. Gaius *l.28.ff.de dolo malo.*

Placet, in delictis minoribus non subueniri. Vlp. *l. 9.ff. de minoribus.*

Euentus damni, restitutionem

non indulget, sed inconsulta facilitas. Vlpianus: *l.* 11. §. 4. *ff. de minor.*

Non semper ea, quæ cum minoribus geruntur rescindenda sunt, sed ad bonum & æquum redigenda sunt. Paulus *l.* 24. *ff. de minor.*

Non est excusatio aduersus præcepta legum ei qui dum leges inuocat, contra eas committit. Tryphonius *l.* 37. *ff. de minor.*

Nemo delictis exuitur, quamuis capite minutus sit. Vlp. *l.* 2. *ff. capit. minut.*

Iniuriarum & actionum ex delicto venientium obligationes, cum capite ambulant. Paulus *l.* 7. §. 1. *ff. de capit. minut.*

Ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest. Gaius *l.* 8. *ff. de capit. minut.*

Causa facti non continetur postliminio. Papin. *l.* 19. *ff. ex quib. caus. maior.*

Sacri

Sacris Dei vacare ſacerdotes oportet. Paulus *l. 32. ff. de recept. arbitr.*

Ex Lib. V.

ERROR litigatorum non habet conſenſum. Vlpianus *l. 2. ff. de iudiciis.*

Non eſt magnum damnum in mora modici temporis. Vlp. *l. 21. ff. de iudiciis.*

Per minorem cauſam maiori cognitioni præiudicium fieri nõ oportet: maior enim quæſtio minorem cauſam ad ſe trahit. Paulus *l. 54. ff. de iudiciis.*

Solemus dicere, Id venire in iudicium, de quo actum eſt inter litigantes. Vlpianus. *l. 6. de iudiciis.*

Cuius rei ſpecies eadem conſiſtit, res quoque eadem eſſe exiſtimatur. Alfenus *l. 76. ff. de indic.*

Iudex, prout religio ſuggerit, ſententiam proferre debet. Vlp. *l.79.§.1.ff.de iudiciis.*

Non ſufficit litem inſtituere, ſi non in ea perſeueret. Papinianus *l.15.ff.de inoff.teſtam.*

Cùm inofficioſum teſtamentum arguitur, nihil ex eo teſtamento valet. Paulus *l.28.in f.ff.de inoff.teſtam.*

Pro herede, quod conditionis implendæ gratia accepit, non poſſidetur. Vlp. *l.13.§.6.ff.de her. petit.*

Dolo facit is, qui ſe offert petitioni. Vlp. *l.13.§.13.ff.de her.petit.*

Omnis qui ſe offert petitioni, quaſi poſſidens tenetur. Vlp. *l.13. §.13.ff.de her.petit.*

Non puto hunc eſſe prædonem, qui dolo caret, quamvis in iure erret. Vlpianus. *l.25.§.5.ff.de her.pet.*

Poſt litem conteſtatam omnes incipiunt malæ fidei poſſeſſores

ſores eſſe, quinimò poſt controuerſiam motam. Vlp. *l.* 25. §. 7. *ff. de her. pet.*

Is qui dolo fecit, quò minus poſſideret, vt poſſeſſor condemnatur. Vlpianus *l.* 25. §. 8. *ff. de her. pet.*

Quod ſemel aut bis exiſtit, prætereunt legiſlatores. Paulus *l.* 3. *ff. ſi pars heredit. petat.*

Ex Lib. VI.

Mevm eſt, quod ex re mea ſupereſt, cuius vindicandi ius habeo. Celſus. *l.* 49. §. 1. *ff. de Rei vindicat.*

Iuſtus eſt poſſeſſor & petitor, qui liberalitatem accepit. Vlp. *l.* 7. §. 3. *ff. de Publiciana in rem act.*

Ex Lib. VII.

QVOD nostrum non est, trãsferemus (scil. aliquo casu) ad alios. Paulus *l.63. ff. de vsufr.*

In fructu hominis, homo esse non potest. Vlpianus *l.68. in prin. ff. de vsufru.*

Ex Lib. VIII.

MELIOR vicini conditio fieri potest, deterior non potest. Paulus *l.20. §.5. ff. de seruit. præd. vrban.*

Nulli res sua seruit. Paul *l.26. ff. de seruit. præd. vrb.*

Non sicut viuentium, ita & defunctorum actus suspendi, receptum est. Paulus *l.18. ff. communia prædior.*

In suo alij facere hactenus licet, quatenus nihil in alienum immit-

[illegible]mittat. Vlp. *l*.8.§.5.*ff*. *quemad. seruit.amitt.*

Ex Lib. IX.

LIBERVM corpus æstimationem non recipit. Gaius *l*.3.*ff*. *quadrup.paup.& l*.7.*ff.de his qui effuderint*.

Aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere. Gaius *l*.4.*ff.ad l.Aquil.*

Leuis duntaxat castigatio concessa est docenti. Vlp.*l*.5.*in fine ff. ad l.Aquil.*

Nullę partes sunt iudicandi in confitentes. Vlp. *l*.25. §.*in fine.ff. ad l.Aquil.*

Qui occasionem pręstat, damnum fecisse videtur. Paulus *l*.30. §.3.*ff.ad l.Aquil.*

Vim vi defendere, omnes leges, omniaque iure permittunt. Paulus *l*.45.§.4.*ff.ad l.Aquil.*

Occupantis melior est conditio. Vlpianus *l.14.ff. de noxal. action.*

Ex Lib. X.

SÆPE & solutio & exactio partium, non minima incommoda habet. Gaius *l. 3. ff. fam. ercisc.*

Cum coherede non contrahimus, sed incidimus in eum. Paulus *l.25.§.16.ff.fam.ercisc.*

In re communi nemo Dominorum iure facere quicquam inuito altero potest. Papinianus *l. 28.ff.communi diuidundo.*

In re pari potiorem causam prohibentis constat. Papinianus *l.28.ff.communi diuid.*

Mutata forma propè interimit substantiam rei Vlp. *l.9.§.3.ff.ad exhibendum.*

Non oportet ius ciuile calumnia-

lumniari, neque verba captari, sed qua mente quid dicitur animaduertere conuenit. Paulus *l. 19. ff. ad exhib.*

Ex Lib. XI.

DEFVNCTORVM interest, vt habeant successores. Vlp. *l. 6. ff. de interrogat. in iure.*

Omninò non respondisse videtur, qui ad interrogatum non respondit. Vlp. *l. 11. §. 5. ff. de interrog. in iure.*

Ea quæ postea emergunt, auxilio indigent. Vlp. *l. 11. §. 6. ff. de interrog. in iure.*

Falsæ confessiones naturalibus conuenire debent. Paulus *l. 12. ff. de interrog. in iure.*

Non oportet laudando augeri malitiam. Vlp. *l. 1. §. 4. ff. de serno corrupto.*

Lata culpa planè dolo com-

parabitur. Vlp. *l.1.§.1.ff. si mensor falſ.*

Summa eſt ratio quæ pro religione facit. Papinianus *l. 43. ff. de religioſis.*

Ex Lib. XII.

IN contrahendo quod agitur pro cauto habendum eſt. Pōponius *l.3.ff. de reb. creditis.*

Iuſiurandum alteri neque prodeſt neque nocet. Vlp. *l.3.§.3. ff. de iureiurando.*

Nemo inuitus compellitur ad communionem. Vlp. *l.26. §.4. ff. de condict. indeb.*

Ex quibus cauſis retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea ſi ſoluerimus, repetere non poſſumus. Pomponius *l.51. ff. de condict. indeb.*

Lib.

Ex Lib. XIII.

GRAVA est fidem fallere. Vlpianus *l.1.in pr. ff. de constit. pecun.*

Propriè dicitur res non reddita, quæ deterior redditur. Vlp. *l.3.§.1.ff. commodati.*

Duorum in solidum dominium vel possessio esse non potest. Vlp. *l.5.§.vlt. ff. commodati.*

Voluntatis est suscipere mandatum, necessitatis consummare. Paulus *l.17.§.3.ff. commodati.*

Adiuuari nos, non decipi beneficio oportet. Paulus *l.17.§.3.ff. commodati.*

Qua cura aut diligentia consequi possumus, ne aliquis damnum nobis iniuria det? Iulianus *l.19.ff. commodati.*

Reproba pecunia non liberat soluentem. Vlp. *l.24.§.1.ff. de pign. act.*

Ex Lib. XIV.

IN re dubia melius eſt verbis Edicti ſeruire. Vlp. *l.1.* §. 20. *ff. de exercit. act.*

Dolus tutoris vel curatoris nocere pupillo vel furioſo non debet. Vlpianus *l.3.* §. 1. *ff. de tribut. action.*

Filijfam. in caſtrenſi peculio vice patrum familiarum funguntur. Vlpianus *l.2. ff. de S.C. Maced.*

Initium contractus ſpectandũ eſt. Paulus *l.12. ff. de S.C. Maced.*

Ex Lib. XV.

INIQVVM eſt in plures aduerſarios diſtringi eum qui cum vno contraxit. Gaius *l.27.* §. *vlt. ff. de peculio.*

Non fraudationis causâ latitat, qui ſi iudicium acciperet, abſolui

ſolui deberet. Papinianus *l.50.in princ.ff.de peculio.*

Occupantis melior ſolet eſſe conditio quàm cæterorum. Paulus *l.52.in prin.ff.de peculio.*

Occupantis melior conditio eſſe debet. Gaius *l.4.ff.de in rem verſo.*

Quodammodo cum eo contrahitur qui iubet. Vlp.*l.1.in pr.ff. quod iuſſu.*

Ex Lib. XVI.

Melioris conditionis emptor non ſit quàm fuit venditor. Pomponius *l.32.§.1.ff. ad SC.Velleian.*

Et delicta & noxa caput ſequuntur. Vlpianus *l.1.§.18.ff.depoſiti.*

Non ſemper videtur dolo facere, qui repoſcenti non reddit. Vlp.*l.1.§.22.ff.depoſiti.*

Hæc eſt Iuſtitia, quæ ſuum cuique ita tribuit, vt non diſtrahatur ab vllius perſonæ iuſtiore repetitione. Tryphoninus *l.31. ff. depoſiti.*

Depoſitarius non minorem ſalua fide rei depoſitæ, quam ſuis rebus, diligentiam præſtabit. Celſus *l.32. ff. depoſiti.*

Ex Lib. XVII.

NEMO ex conſilio obligatur. Gaius *l.2. ff. mandati.*

Bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. Paulus *l.26. §.2. ff. mandati.*

Diſſoluta negligentia propè dolum eſt. Vlpianus l.29. *in princ. ff. mandati.*

Bonæ fidei non congruit de apicibus iuris diſputare. Vlp. *l. 29. §.4. ff. mandati.*

Qui alterius negotia admini-

ſtranda ſuſcepit, id præſtare debet in ſua perſona, quod in aliorum. Iulianus *l. 31. ff. mandati.*

Dolus eſt ſi quis nolit perſequi quod perſequi poteſt, aut ſi quis non exegerit, quod exigere, ſoluere. Vlp. *l. 44. ff. mandati.*

Quotiens certum mandatum eſt, recedi à forma non debet. Paulus *l. 46. ff. mandati.*

Non oportet eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum, affici damno. Papinianus *l. 57. ff. mandati.*

Fides bona contraria eſt fraudi & dolo. Paulus *l. 3. §. vlt. ff. pro ſocio.*

Plerumque tanta eſt induſtria ſocij, vt plus ſocietati conferat quam pecunia. Vlp. *l. 29. §. 1. ff. pro ſocio.*

Iniquiſſimum genus ſocietatis eſt, ex qua quis damnum, non etiam lucrum ſpectet. Vlpianus

l.29.§.vlt.ff.pro socio.

Lucrum non intelligitur, nisi omni damno deducto, neque damnum nisi omni lucro deducto. Paulus *l.30.ff.pro socio.*

Qui sine dolo malo facit, furti non tenetur. Vlpianus *l.51.in prin. ff.pro socio.*

Socios inter se dolum & culpam præstare oportet. Paulus *l.52.§.2.ff.pro socio.*

Sicuti lucrum, ita damnum quoque commune esse oportet, quod non culpa socij contingit. Paulus *l.52.§.4.ff.pro socio.*

Æquum est, vt cuius (quis) participauit lucrum, participet & damnum. Vlpianus *l.55.ff. pro socio.*

Societas ius quodammodo fraternitatis in se habet. Vlp. *l.63. in princ.ff.pro socio.*

Ex Lib. XVIII.

IN emptis & venditis potiùs id quod actum, quam id quod dictum sit, sequendum est. Pomponius *l.6.§.1.ff.de contr.empt.*

Res bona fide vendita, propter minimam causam inempta fieri non debet. Paulus *l.54.ff.de contrah.empt.*

Potest, dum res integra est, conuentione nostra infecta fieri emptio. Pomponius *l.2.ff. de rescind.vendit.*

Bonæ fidei iudicio exceptiones pacti insunt. Paulus *l.3.ff.de rescind.vend.*

Perfecta emptione periculum ad emptorem respicit. Paulus *l.8. in princ. ff. de pericul. & commod. rei vend.*

Interest hominis, hominem beneficio adfici. Papinianus *l.7. ff.de seruis exportand.*

Ex Lib. XIX.

NON videtur esse celatus, qui scit neque certiorari debuit, qui non ignorauit. Vlpianus *l.1.inf.ff.de act.empt.*

Non potest videri mora per venditorem emptori facta esse, ipso moram faciẽte emptore. Labeo *l.51.in pr.ff.de act.empt.*

Bona fides exigit, vt quod conuenit fiat. Iauolenus *l.21.ff.locati.*

Sera est patientia fruendi, quæ offertur eo tempore, quo frui colonus, aliis rebus illigatus non potest. Paulus *l.24.§.4.ff.locati.*

Culpa abest, si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset. Gaius *l.25.§.pen.ff.locati.*

Qua custodia consequi quis potest, ne damnum iniuria ab alio dari possit? Vlp. *l.41.ff.locati.*

Natura

Natura rerum conditum est, vt plura sint negotia, quàm vocabula. Vlpianus *l.4. ff. de præscr. verbis.*

Nemo societatem contrahendo, rei suæ dominus esse desinit. Iulianus *l.13. ff. de præscript. verbis.*

Quotiens deficit actio vel exceptio, vtilis actio vel exceptio est. Vlpianus. *l. 21. ff. de præscript. verb.*

Ex Lib. XX.

NON plus habere creditor potest, quàm habet qui pignus dedit. Papinianus *l. 3. §. 1. ff. de pignorib.*

Per hoc non videtur satisfactũ creditori quod habet iudicati actionē. Marcia. *l.13. §. 4. ff. de pign.*

Inter alios res iudicata alij nec prodesse nec nocere solet. Paulus *l.16. in f. ff. qui potiores in pignore.*

Ex Lib. XXI.

REMITTENTIBVS actiones suas non est regressus dandus. Vlp. *l.* 14. §. 9. *ff. de adil. edicto.*

Iudici statim atque Iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunque in iudicio versantur. Vlpianus *l.* 25. §. 8. *ff. de adilit. edicto.*

Ea quæcunque post litis contestationem contingunt, arbitrium Iudicis desiderant. Vlp. *l.* 31. §. 13. *ff. de adil. edict.*

Ea quæ sunt moris & consuetudinis, in bonæ fidei iudiciis debent venire. Vlpianus *l.* 31. §. 20. *ff. de adil. edict.*

Ex Lib. XXII.

QVALE est cùm petitur, tale dari debet. Papinianus *l.* 2. *ff. de vsuris.*

Iniquum

Iniquum est, vsuras ab eo exigi, qui fructus non percepit. Paulus *l.16.§.1.ff.de vsuris.*

Cùm reus moram fecit, & fideiussor tenetur. Paulus *l.24.§.1.ff.de vsuris.*

Omnis fructus non iure seminis, sed iure soli percipitur. Iulianus *l.25.in pr.ff.de vsuris.*

An mora facta intelligatur, neque constitutione vlla, neque Iuris autorum quæstione decidi potest, cùm sit magis facti quàm iuris. Marcianus *l.32.in pr.ff.de vsuris.*

In bonæ fidei contractibus ex mora vsurę debentur. Marcianus *l.32.§.2.ff.de vsuris.*

Inter insolentiam iniuriosam & diligentiam non ambitiosam multùm interest. Vlpianus *l.33.in princ.ff.de vsuris.*

Ei incumbit probatio qui dicit, non qui negat. Paulus *l.2.ff.de probation.*

Semper

Semper neceſſitas probandi incumbit illi qui agit. Marcianus *l.21.ff.de probation.*

Qui ſoluit nunquam ita reſupinus eſt, vt facilè ſuas pecunias iactet, & indebitas effundat. Paulus *l.25. in princ. ff. de probat.*

Fiunt ſcripturæ, vt quod actũ eſt, per eas facilius probari poſſit: ſine his autem valet quod actum eſt, ſi habeat probationem. Gaius *l.4.ff.de fide inſtrum.*

Teſtimoniorum vſus ab his præcipuè exigendus, quorum fides non vacillat. Chariſius *l.1.ff. de teſtib.*

Idonei non videntur teſtes, quibus imperari poteſt, vt teſtes fiant. Rufinus *l.6.ff.de teſtib.*

Teſtis idoneus pater filio aut filius patri non eſt. Paulus *l.9.ff. de teſtib.*

Nullus idoneus teſtis in re ſua intelligitur. Pomponius *l.10.ff.de teſtib.*

Vbi

Vbi numerus testium non adiicitur, etiam duo sufficient: pluralis enim elocutio duorum numero contenta est. Vlpianus *l.12. ff. de testib.*

Regula est, iuris quidem ignorantiam cuique nocere, facti verò ignorantiam non nocere. Paulus *l. 9. ff. de iuris & facti ignor.*

Ex Lib. XXIII.

IN contrahendis matrimoniis naturale ius & pudor inspiciendus est. Paulus *l.14. §. 2. ff. de ritu nupt.*

Quæsita dignitas liberis, propter crimen patris auferenda non est. Papinianus *l.34. § vlt. ff. de ritu nupt.*

Factum lex, non sententiam notat. Vlpianus *l.43. §.12. ff. de ritu nupt.*

Par affectionis causa, suspicio-

cionem fraudis amouet. Tryph. *l.67.§.1.ff.de ritu.nupt.*

Reipubl.intereſt,mulieres dotes ſaluas habere, propter quas nubere poſſunt *l.2.ff. de iure dot.*

Bono & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius,aut damnum ſentire per alterius lucrum. Pomponius *l.6. in fine.ff.de iure dot.*

Ii qui ex liberalitate conueniuntur, in id quod facere poſſunt, condemnandi ſunt. Vlp.*l.33.ff.de iure dot.*

Lege rata non habetur autoritas dolo malo facta. Terentius *l.61.ff.de iure dot.*

Ex Lib. XIV.

NON donat qui neceſſariis oneribus ſuccurrit. Vlp.*l.21.in princ.ff.de donat. int. vir. & uxor.*

Volun-

Voluntas hominis ambulatoria est vsque ad vitæ supremum exitum. Vlp.*l*.32.§.3.*ff. de donat. int. vir. & vxor.*

Coitus matrimonium non facit, sed maritalis affectio. Vlp. *l.* 32.§.13.*ff.de donat.int.vir.& vxor.*

Paria delicta mutua pensatione dissoluuntur. Papinianus *l*.39. *ff.soluto matrim.*

Absurdè dicitur, dolo videri um facere, qui non ipsi quem onuenit, sed alij restiturus etit. Paulus *l*.44.§.1.*ff.solut. ma-rim.*

Ex Lib. XXV.

N honorem matrimonij turpis actio aduersus vxorem gatur. Gaius *l*.2.*ff.de action.rer. otar.*

Partus antequàm edatur, muis portio est vel viscerum.

Vlpianus *l.* 1. §. 1. *ff. de ventre inspic.*

Publicè intereſt, partus non ſubiici, vt ordinum dignitas, familiarumq́ue ſalua ſit. Vlp. *l.* 1. §. 13. *ff. de ventre inspic.*

Concubinatus quia per leges nomen aſſumpſit, extra legis pœnam eſt. Marcianus *l.* 3. *in fine ff. de concubinis.*

Ex Lib. XXVI.

Tutela plerunque virile officium eſt. Gaius *l.* 16. *ff. de tutelis.*

Si nemo hereditatem adierit, nihil valet ex his, quæ teſtamento ſcripta ſunt. Pomponius *l.* 9. *ff. de teſtam. tutela.*

Videtur geſſiſſe, qui per alium geſſit. Vlpianus *l.* 5. §. 3. *ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.*

Nemo ius publicum remittere po-

re poteſt cautionibus, nec mutare formam antiquitus conſtitutam. Vlpianus *l.*5. §.7.*ff. de administ. & pericul. tut.*

Tutor non rebus duntaxat, ſed & moribus pupilli præponitur. Paulus *l.*12. §.3.*ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.*

Priuilegium militum ad alienam iniuriam porrigi non oportet. Papinianus *l.*40.*ff. de admin. & pericul. tutor.*

Lucrum ex tutela facere tutor non debet. Scæuola *l.* 58. *in prin. ff. de admin. & pericul. tutor.*

Impunè puto admittendum, quod per furorem alicuius accidit. Pomponius *l. vlt. in f. ff. de admin. & pericul. tutor.*

Regula eſt iuris ciuilis, In rem ſuam autorem tutorem fieri non poſſe. Vlpianus *l.*1.*in princ. ff. de autorit. tutor. & l.*7.*in princ. ff. eod. titul.*

Dolus tutorum puero neque

nocere neque prodesse debet. Papinianus *l. 3. ff. quando ex facto tutoris.*

Ex Lib. XXVII.

NVlla societas maleficiorum, vel communicatio iusta damni ex maleficio est. Vlp. *l. 1. §. 14. ff. de distrah.*

Vnusquisque doli sui pœnam sufferat. Vlpianus *l. 15. ff. de tutel. & ration.*

In hoc non administrantur tutelæ, vt mergantur pupilli. Vlpianus *l. 3. in princ. ff. de contrar. tutel. action.*

Mea fert opinio, eum, qui aliud fecit quàm quod à Prætore decretum est, nihil egisse. Vlpianus *l. 7. §. 3. ff. de reb. cor. qui sub tutel.*

Ex Lib. XXVIII.

TESTAMENTI factio non priuati, sed publici iuris est. Papinianus *l. 3. ff. qui testam. facere.*

Licet subtilitas iuris refragari ideatur, attamen voluntas te:atoris ex bono & æquo tuenda st. Papinianus *l. 17. ff. de iniusto, upto.*

In re dubia benigniorem inerpretationem sequi non minus ustius est quàm tutius. Marcellus *l. 3. ff. de his quæ in testam. lelent.*

Veteres decreuerunt, testamentorum iura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno pendere arbitrio. Gaius *l. 32. in pr. ff. de hered. instit.*

Quædam in testamentis si exprimantur, effectum nullum habent, quando, si verbis tegantur, eandem significationem habeãt,

quam haberent expressa; & momentum aliquod habebunt. Pomponius *l.68.ff.de hæred.instit.*

Improbus est is, qui sollicitus est de viui hereditate. Vlp.*l.2.§.2.ff.de vulg.& pup.subst.*

Beneficia principalia ipsi Principes solent interpretari. Paulus *l.43.in princ.ff.de hered.instit.*

Non videtur defêctus conditione is, qui parere conditioni non poteſt. Vlpianus *l.8.§.7.ff.de condition.instit.*

Nulla est conditio quæ in præteritum confertur, vel quæ in præsens. Vlpianus *l.10. in fine ff.de cond.instit.*

Quæ facta lædunt pietatē, existimationem, verecundiam nostram, & (vt generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est. Papinianus *l.15.ff.de condit. instit.*

Ex Lib.

Ex Lib. XXIX.

FVRIOSI voluntas nulla eſt. Africanus *l.* 47. *ff. de adquir. hæred.*

Iniquum eſt, damnoſum cuique eſſe officium ſuum. Gaius *l.* 7. *ff. teſtamenta quemadm. aper.*

Commixta familia eſt & vna domus viri & vxoris. Vlp. *l.* 1. §. 15. *ff. de SC. Silan.*

Fratris factum, fratri non nocet. Paulus *l.* 2. §. 1. *ff. ſi quis aliquem teſtari.*

Codicilli pro parte teſtamenti habentur, obſeruationemque, & legem iuris inde traditam ſeruant. Scæu. *l.* 14. *ff. de iure codicill.*

Ex Lib. XXX.

RERVM vocabula immutabilia ſunt, hominum mutabi-

lia Vlpianus *l.4.ff.de leg.*1.

Legatum in aliena voluntate poni poteſt: in heredis non poteſt. Vlpianus *l.* 43. §. 2. *ff. de legat.*

Nemo poteſt in teſtamento ſuo cauere, Ne leges in ſuo teſtamento locum habeant. Pomponius *l.*55.*ff.de leg.*1.

Impoſſibilis conditio pro non ſcripta habetur. Iulianus *l.*104. §. 1.*ff.de legat.*1.

Non plus poteſt rogari quis reſtituere, quàm quantum ei relictum eſt. Marcianus *l.*114. §.3.*ff. de legat.*1.

Hereditas perſonæ defuncti qui eam reliquit, vice fungitur. Florentinus *l.*116. §.3.*ff.de legat.*1.

Ex Lib. XXXI.

NEMINEM eiuſdem rei legatæ ſibi partem velle, partem nolle

nolle verius est. Paulus *l.*4. *ff.de legat.*2.

Exemplo pessimum est, fœminino vocabulo etiam masculos contineri. Pomponius *l.*45. *in pr. ff.de leg.*2.

Sæpè confines fundos etiam supra iustam æstimationem interest nostra adquirere. Terent. *l.*54.*ff.de leg.*2.

Plures in vno fundo dominiũ, iuris intellectu, non diuisione corporis obtinent. Papinianus *l.* 66.§.2.*ff.de leg.*2.

Vsusfructus, etsi in iure non in parte consistit, emolumentum tamen rei continet. Papinianus *l.*66.§.6.*ff.de leg.*2.

Facultas necessariæ electionis, propriè liberalitatis beneficium non est. Papinianus *l.*67.§. 1.*ff.de leg.*2.

Non absumitur, quod in corpore patrimonij retinetur. Paulus *l.*72.*ff.de leg.*2.

Ordo scripturæ non impedit causam iuris ac voluntatis. Paulus *l.*77.§.12.*ff.de leg*.2.

Ignauiam prætendentes, audiri non oportet. Paulus *l.*78.§.2.*ff.de leg*.2.

Ex Lib. XXXII.

PROBATIO mutatæ voluntatis ab hæredibus exigenda est. Vlpianus *l.*11.§.12.*ff. de leg*.3.

In fideicommissis præcipuè spectanda seruandaque est testatoris voluntas. Vlpianus *l.*11.§.19.*ff.de leg*.3.

Semper sexus masculinus etiam fœmininum sexum continet. Iulianus *l.*62.*ff. de leg*.3.

Omne artificium, incrementum recipit. Marcianus *l.*65.§.3.*ff.de leg*.3.

In causa testamentorum non ad definitionem vtique descendendum

dendum est, cùm plerunque abusiue loquuntur, nec propriis nominibus ac vocabulis semper vtantur. Marcellus *l.69.ff.de leg.3.*

Ex Lib. XXXIII.

Tam labor quàm pecunia diuisionem recipiunt. Papinianus *l.10.in princ.ff.de annuis legat.*

Seruitus seruitutis esse non potest. Paulus *l.1.ff.de vsu & vsufr. legat.*

Non potest arbiter, inter alios iudicando, alterius ius mutare. Labeo *l.31.ff.de vsu legato.*

Quicquid demonstratæ rei additur satis demonstratæ, frustra est. Vlpianus *l.1. §. vlt. ff.de dote prælegata.*

Non videor consentire, qui sentire non possum. Pomponius *l.8.§.2.ff. de optione legat.*

Error ius facit. Paulus *l.3. in*

fine ff. de supell. ect. legata.

Nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitauerit. Celsus *l.7.§.2.ff.de supell.leg.*

Etsi prior atque potentior est quàm vox, mens dicentis, tamen nemo sine voce dixisse existimatur. Celsus *l.7. in fine ff. de supell. legata.*

Ex Lib. XXXIV.

CERTO corpore legato, demonstratio falsa posita non interimit legatum. Pomponius *l.10.ff.de auro argento legat.*

Nullam dubitationem habet, quin herede petere à debitore vetito, nec heres heredis petere possit. Pomponius *l.2.ff. de liberat. legata.*

Solemus dicere, pacti exceptionem fideiussori dandam quę reo competit. Vlpianus *l.5. in pr. ff. de*

ff.de liberat.legata.

Acceptilatio solutioni comparatur. Vlpianus *l.7.§.1.ff.de liberat.legata.*

Confusione perinde extinguitur obligatio ac solutione. Terentius Clemens *l.22.§.1.ff.de liberat.legata.*

Præsumptio propter naturalem affectum facit, omnia patri videri concessa. Scæuola *l.28.§.3. ff.de liberat.legat.*

Ambulatoria est voluntas defuncti vsque ad vitæ supremum exitum. Vlp. *l.4.ff.de adim.legat.*

Nouissima voluntas seruatur. Paul. *l.6.in fine.ff.de adim.legat.*

Superuacua scriptura non nocet legato. Paulus *l.26.in fine. ff.de adim.legatis.*

In ambiguo sermone non vtrumque dicimus, sed id duntaxat, quod volumus. Itaque qui aliud dixit quàm vult, neque id dicit quod vox significat, quia

non vult, neque id quod vult, quia id non loquitur. Paulus *l.3. ff.de rebus dubiis.*

In ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi oportet. Vlpianus *l.10.§.1.ff.de reb.dub.*

Vbi est verborum ambiguitas, valet quod acti est. Paulus *l.21.ff. de reb.dubiis.*

Semper in dubiis id agendum est, vt quam tutissimo loco res sit bona fide contracta, nisi cùm apertè contra leges scriptum est. Paulus *l.11. in fine. ff.de reb.dubiis.* & Iulianus *l.12.ff.eod.tit.*

Cùm in testamento ambiguè aut etiam perperam scriptum est, benignè interpretari, & secundum id quod credibile est cogitatum, credendum est: Marcellus *l.24.ff.de reb.dub.*

Cùm quæritur in stipulatione, quid acti sit, ambiguitas contra stipulatorem est. Celsus *l.26. ff.de reb.dub.*

Cato-

Catoniana regula sic definit, d si testamenti facti tempore ecessisset testator, inutile foret, egatum, quandocunque deerit, non valere. Celsus *l. 1. in rc. ff. de Regul. Caton.*

Quæ in eam causam peruenent, à qua incipere non potent, pro non scriptis habentur. arcianus *l. 3. §. 2. ff. de his quæ o non scriptis.*

Ex Lib. XXXV.

OBTINVIT, impossibiles conditiones testamento adscriptas, pro nullis habendas. Vlp. *l. . ff. de cond. & demon.*

In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit conditiones. Vlpianus *l. 19. in pr. ff. de condit. & demõ.*

Annulorũ aureorũ iure honor augetur, conditio non mutatur. Marcia. *l. 33. §. 2. ff. de cond. & dem.*

Demonſtratio plerumque vice nominis fungitur. Flor. *l.* 34. *ff. de cond. & dem.*

Quæ facti ſunt, non tranſeunt ad dominum. Paulus *l.* 44. *prin. ff. de cond. & dem.*

In alienam voluntatem conferri legatum non poteſt. Modeſtinus *l.* 52. *ff. de condit. & demon.*

Ferè dies ponitur ad prorogandа ea quæ ad pręſens tempus, non etiam quæ in futurum legata ſunt. Iauol. *l.* 54. *ff. de con. & dem.*

Periculoſum eſt & triſte, libertum coniunctum patroni liberis, eorundem mortem expectare. Papinianus *l.* 72. *§.* 1. *ff. de condit. & demon.*

Dies incertus conditionem in teſtamento facit. Papinianus *l.* 75. *ff. de condit & demon.*

In conditionibus teſtamentorum, voluntatem potius quàm verba conſiderari oportet. Pap. *l.* 101. *in princ. ff. de cond. & demon.*

Damna

Damna post mortem testatoris illata, ad solum heredem respiciunt. Mæcianus *l.30. §.2. ff. ad l. Falcid.*

Fauor libertatis sæpe & alias benigniores sententias exprimit. Marcian. *l.32. in fine ff. ad l. Falc.*

Ea quæ per errorem omissa vel soluta sunt, condici possunt. Vlpia. *l.3. in fine ff. si cui plus quàm.*

Ex Lib. XXXVI.

NEMINEM oportet plus legati nomine præstare, quàm hæreditate peruenit. Vlp. *l.1. 7. ff. ad SC. Trebell.*

Dicendum est, Prætorem in etorem, vel Consulem in Cōem nullum imperium habe- Vlp. *l.13. §.4. ff. ad SC. Trebell.*

Triplici officio fungi nemo est. Vlpianus *l.13. §.4. ff. ad SC. bell.*

Iniquum eſt, ad fideicommiſſarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertinet. Marcianus *l.33. ff.ad SC. Trebell.*

Cùm ſemel adita eſt hereditas, omnis defuncti voluntas rata conſtituitur. Papinianus *l.55. §. 2. ff.ad SC. Trebell.*

In fideicommiſſis voluntatem ſpectari conuenit. Papinianus *l. 57. §.1. ff.ad SC. Trebell.*

Neque turpitudinem vllam habeat conditio, nec impendiũ (al. impedimentum) aliquid. Gaius *l.63. §.7. ff.ad SC. Trebell.*

Codicillis hereditas neque dari, neque adimi poteſt. Scæu. *l.76. ff.ad SC. Treb.*

Fideiuſſores ab eo non petendi, cuius fidem ſequi defunctus maluit. Papinianus *l.26. §.1. ff. quando dies legator.*

Fiſcus non ſolet ſatiſdare. Vlp. *l.1. §.18. ff. ut legator. cauſ. cau.*

Ex Lib.

Ex Lib. XXXVII.

ROPTER incertum cautio nterponi ſolet. Vlpianus *l.1. ff. de collatione.*

Præmatura eſt ſpes collatio, cùm adhuc viuit is, cuius de nis quarta debetur. Vlpianus *l.21. ff. de collatione.*

Cum capite fortunas quoque in familiam & domum alien (arrogatus) transfert. Paianus *l.11. §.2. ff. de bon. poſſ. ſec. ul.*

Capitis accuſatio ea eſt, cuius na mors eſt aut exilium. Tetius *l.10. ff. de iure patronat.*

Liberto & filio ſemper hone & ſancta perſona patris ac roni videri debet, Vlpianus *l. de obſeq. parent. præſt.*

Ex Lib. XXXVIII.

PERINDE operæ à libertis, ac pecunia credita petitur. Pōponius *l. 4. ff. de operis libert.*

Vnusquisque quod spopondit, suo impendio dare debet, quamdiu id quod debet in rerum natura est. Paulus *l. 20. in princ. ff. de oper. libert.*

Solutionis vicem delegatio continet. Paulus *l. 36. §. 4. ff. de oper. libert.*

Aduocatus non accusat. Vlp. *l. 14. §. pen. ff. de bonis libertor.*

Iniquum est, & legatum velle percipere, & libertatem seruo non dare. Papinianus *l. 41. ff. de bonis libert.*

Omnia quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paramus. Tryphonius *l. 50. §. 2. ff. de bonis libertor.*

Verisimile non videtur, tam con-

ınctum ſanguine, defuncti
udinem ignoraſſe. Papinia-
.9.*in fine.ff.vnde cognati.*
ccedentibus ſingulis creſ-
ımerus. Paulus *l.*10.§.9.*ff.de*
ib.
iuatorum cautio legum au-
ıte non cenſetur. Papinia-
.16.*ff.de ſuis & legitim.*

:x Lib. XXXIX.

RODESSE ſibi vnuſquiſque,
lum alij non nocet, non pro-
tur. Vlpianus *l.*1.§.4.*&* 11.*ff.*
ıua pluu.arc.
'etuſtas vicem legis obtinet.
ianus *l.*1.§. *vlt. ff. de aq. pluu.*
nd.
:um minuitur ius alicuius,
ſequens eſt exquiri an con-
iat. Vlpianus *l.*8.*ff.de aq pluu.*
nd.
ullam poteſt videri iniuriam
acci-

accipere, qui semel voluit. Paulus *l.9.§.1.ff.de aq.pluu.arc.*

Non potest quis facere, quo minus agrum vicinus, quemadmodum vellet, araret. Alfènus *l.24.in princ.ff.de aq.pluu.*

Tabulæ non faciunt matrimonium. Papinianus *l.31.in prin. ff. de donationib.*

Ex Lib. XL.

CAVSÆ probationis contradicendum, non etiam causa iam probata retractanda est. Marcianus *l. 9. ff. de manum. vindict.*

Verba solennia, licèt non dicantur, vt dicta accipiuntur. Hermogenianus *l. 23. ff. de manum. vindict.*

In obscuro fauorabilius respondetur. Paulus *l.10.in fine.ff. de manum. vindicta.* & libertas præ-
ualet

t. Marcianus *l.50.inf.ff.de fi-m.libert.*

ulgò dicitur, sub pluribus litionibus data libertate, le-nam conditionem spectan-esse. Modestinus *l.45.ff.de im.testamento.*

ihil obest, quod in syllaba ur. Scæuola *l.54.in princ.ff. annm.testam.*

'ùm inuitis illis (qui liberta- acceperunt) possint bona ter libertatem addici, vti- etiam absentibus. Vlpianus 5.3.*ff.de fideicom.libertat.*

ἄν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σωρῷ ἔχω λαβεῖν τι βουλόμην. 1. Etsi al- m pedem in cumulo ha- ım, non pigeret aliquid ad- ere. Pomponius *l.20.ff.de fi-om.liberet.*

Quid tam contrarium est ser- iti, quàm libertas? Papinia- *l.21.ff.de fideicom.libert.*

Non tantùm verba fideicom-

missi, sed & mens testatoris tribuere solet libertatem fideicommissariam. Vlpianus *l.24.§.8.ff.de fideicom.libert.*

Multa contra iuris rigorem pro libertate sunt constituta. Vlpian. *l.24.§.10.ff. de fideic.libert.*

Ex iusta caussa abesse eos demum dicendum est, qui non habent iniustam causam absentiæ. Vlp. *l.28.§.vlt.ff.de fideic.libert.*

Fideicommissæ libertates neque ætate neque conditione, neque mora non præstantium tardiusve reddentium corrumpuntur, aut in deteriorem statum perducuntur. Vlpianus *l.30. §. pen.ff.de fideicom.libert.*

Libertas diuidi, & sic pro parte præstari non potest. Paulus *l.31.in princ.ff.de fideicom.libert.*

Humanum non fuerit, ob rei pecuniariȩ quæstionem, libertati moram fieri. Vlpianus *l.37.ff.de fideicom.libert.*

Nihil

ıil æquè gratum seruis præ-
ɔotest, quàm libertas. Paulus
ı fine ff. de fideicom. libert.
ı damna quæ casu ita acci-
ıt, vt seruo nihil possit im-
:i, non pertinent ad reliquo-
ɔnus. Scæuola *l.41. §.7. ff. de
om. libert.*
ı heredis arbitrium confer-
debeatur, non potest. Vlp.
§.4. *ff. de fideicom. libert.*
uatenus libertas non priua-
d publica res est, vltrò is, qui
debet, offerre debet. Mar-
ıs *l.53. ff. de fideicom. libert.*
'rætor paruulis subuenit.
cian. *l.55. §.1. ff. de fidcic. libert.*
berta; nec pecuniâ lui, nec
rari potest. Vlpianus *l.9. §.2.
statulib.*
ıesse videtur tempus tam o-
rum præstationi quàm iti-
. Paul. *l.20. in fin. ff. de stat. liber.*
'reditores appellantur, qui-
quacunque ex causa actio

(cum fraudatore) competit. Paulus *l.16.§.2.ff. qui & à quib. manum.*

Melioris conditionis esse non debet, qui dubiæ libertatis est, quàm qui certæ. Paulus *l.24.§. vlt.ff.de liberali causa.*

Vulgò dicitur, post ordinatum liberale iudicium, hominem, cuius de statu controuersia est, liberi loco esse. Gaius *l.25. §. 2.ff.de liberali causa.*

Ex Lib. XLI.

TRADITIO nihil amplius transferre debet vel potest ad eum qui accipit, quàm est apud eum qui tradit. Vlp.*l.20.in princ.ff.de adquir.rer.domin.*

Flumina Censitorũ vice funguntur, vt ex priuato in publicum addicant & ex publico in priuatum. Pomponius *l.32.§.pen. ff.de adquir.rer.domin.*

Nun-

ınquam nuda traditio trans-
dominium, ſed ita ſi vendi-
ut alia iuſta cauſa præceſſe-
ropter quam traditio ſeque-
r. Paulus *l.31.in princ.ff.de ad-*
rer.domin.

ubſtitutio quæ nondum cō-
:, extra bona noſtra eſt. Pau-
.42.ff.de adquir.rer.domin.

ncorporales res traditionem
vſucapionem non recipere
ifeſtum eſt. Gaius *l.43.* §. 1.
adquir.rer.dom.

Ion eſt nouum, vt qui domi-
n non habeat, alij dominium
beat. Vlpianus *l.46.ff.de aqu.*
dom.

Rem in bonis noſtris habere
lligimur, quotiens poſſiden-
exceptionem, aut amittentes
ecuperandam eam, actionē
emus. Modeſtinus l.52.*ff.de*
rer.dom.

Res ex mandato meo empta,
n prius mea fiet, quàm ſi mihi

tradiderit, qui emit. Caliſtratus *l.59.ff.de adquir.rer.dom.*

Hereditas in multis partibus iuris pro domino habetur, adeoque hereditati quoque vt domino per ſeruum hereditarium adquiritur. Hermogenianus *l.61. ff.de adq.rer.dom.*

Quæ quiſque aliena in cenſum deducit, nihilo magis eius fiunt. Scæuola *l.64. ff.de adquir. rer.dom.*

Non corpore & actu neceſſe eſt apprehendere poſſeſſionem, ſed etiam oculis & affectu. Paulus *l.1.§.21.ff.de adquir.poſſeſſ.*

Adipiſcimur poſſeſſionem & corpore & animo, neque per ſe animo aut per ſe corpore. Paulus *l.3.§.1.ff. de adquir.poſſeſſ.*

Furtum ſine contrectatione fieri non poteſt, nec animo furtum admittitur. Paulus *l.3. §.18. ff.de adquir.poſſ.*

Non videtur poſſeſſionem adeptus

eptus is, qui ita nactus est, vt eam retinere non possit. Iauolenus *l. 22. ff. de adquir. poss.*

In vsucapionibus non à momento ad momentum, sed totum postremum diem computamus. Vlpianus *l. 6. ff. de vsucap.*

Partus, rei furtiuæ pars non est. Vlpianus *l. 10. in fine. ff. de vsucap.*

Pignori rem acceptam vsu non capimus, quia pro alieno possidemus. Paulus *l. 13. in princ. ff. de vsucap.*

Aduersus fiscum vsucapio nō procedit. Modestinus *l. 18. ff. de vsucap.*

Vbi lex inhibet vsucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. Pomponius *l. 24. ff. de vsucap.*

Sine possessione vsucapio cōtingere non potest. Rufinus *l. 25. de vsucap.*

Nunquam in vsucapionibus, iuris error possessori prodest. Paulus *l.31. in princ. ff. de vsucap.*

In vsucapionibus mobilium, continuum tempus numeratur. Paulus *l.31. ff. de vsucap.*

Incertam partem possidere nemo potest. Pomponius *l.32. §. 2. ff. de vsucap.*

Non intelligitur quis suæ rei pignus contrahere. Iulianus *l.33. §.5. ff. de vsucap.*

Furtum sine affectu furandi non committitur. Gaius *l. 37. in princ. ff. de vsucap.*

Substantia potius (i. veritas) intuenda quàm opinio. Paulus *l.2. §.2. ff. pro emptore.*

Iuris error nulli prodest. Paulus *l.2. §.15. ff. pro emptore.*

Emptori, tempus venditoris ad vsucapionem procedit. Paulus *l.2. §. pen. ff. pro emptore.*

Vulgò traditum est, eum qui existimat quid emisse, nec emerit,

rit, non posse pro emptore vsucapere. Africa. *l.* 11. *pro emptore.*

Vulgò respondetur, causam possessionis neminem sibi mutare posse. Iuli *l.* 2. §. 1. *ff. pro hered.*

In alieni facti ignorantia tolerabilis error est. Neratius *l. vlt. in fine ff. pro suo.*

Ex Lib. X LII.

SOluisse accipere debemus, nõ tantũ eum qui soluit, verùm omnem omninò qui ea obligatione liberatus est, quæ ex causa iudicati descendit. Vlpian. *l.* 4. §. *pen. ff. de re iudic.*

Ex eo tempore quicquid æstimatur, quo nouissimè solui potuerit. Celsus *l.* 11. *ff. de re iudic.*

Inter pares numero Iudices si dissonæ sententiæ proferantur, in liberalibus quidem causis pro libertate statutum obtinet, in aliis autem causis pro reo. Pau-

lus *l.38.ff.de re iudic.*

Morbus ſonticus exiſtimandus eſt, qui cuiuſque rei agendæ impedimento eſt. Iulianus *l.60. ff.de re iudic.*

Sæpe conſtitutum eſt, res inter alios iudicatas, aliis non præiudicare Macer. *l.pen. in princ.ff.de re iudic.*

Confeſſus pro iudicato habetur, qui quodammodò ſua ſententia damnatur. Paulus *l.1.ff.de confeſſis.*

Non fatetur qui errat, niſi ius ignorauit. Vlpianus *l.2.ff.de confeſſis.*

Quid intereſt, debitor quis non ſit, an nondum conueniri poſſit? Vlpianus *l.7.§.14.ff. quib. ex cauſ.in poſſ.eat.*

Generaliter dicendum eſt, Quicquid (quis) impendit in ré, ſi modò ſine dolo malo impendit, repetere eum poſſe. Vlp. *l.9. §.4.ff.de reb.autor.iud.poſſid.*

Reſpu-

Reſpublica creditrix omnibus chirographariis, creditoribus præfertur. Paulus *l. pen. in fine ff. de reb. autorit. ind. poſſ.*

Ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt. Scæuola *l. 24. in fine. ff. quæ in fraud.*

Ex Lib. X L I I I.

VIm vi repellere licet, idque ius natura comparatur: Apparet autem ex eo, arma armis repellere licere. Vlp. *l. 1. §. 27. ff. de vi & vi armat.*

Semper ſuperficies ſolo cedit. Vlp *l. 3. §. 7. ff. uti poſſidetis.*

Corrumpi aut mutari, quod rectè tranſactum eſt, ſuperueniente delicto non poteſt. Paulus *l. 2. ff. de itin. actuque priu.*

Naturâ æquum eſt, tamdiu te liberalitate mea vti, quamdiu ego velim, & vt poſſim reuoca-

re, cùm mutauero voluntatem. Vlpianus *l.2.§.2.ff.de precario.*

Rei suæ precarium non est. Vlp. *l.4.§.3 ff.de precario.*

Ex Lib. XLIV.

NEMO prohibetur pluribus exceptionibus vti, quamuis diuersæ sint. Paulus *l. 8. ff.de exceptionib.*

Etsi res iudicata sit ex falsis instrumentis, si posteà falsa inueniantur, rei iudicatæ præscriptio opponi non potest. Modestinus *l.11.ff.de exceptionib.*

Omnes exceptiones, quæ reo competunt, fideiussori quoque, etiam inuito reo, competunt. Marcianus *l. 19. ff. de exceptionibus.*

Generaliter exceptio rei iudicatæ obstat, quoties inter easdem personas eadem quæstio reuoca-

nocatur, vel alio genere iudicij. Vlpianus *l.* 7. § *pen. ff. de except. rei iud.*

Amplius quàm ſemel res mea eſſe non poteſt; ſæpius autem deberi poteſt. Paulus *l.* 14. § *pen. ff. de except. rei iudic.*

Dolo facit quicunque id quod quaquam exceptione elidi poteſt, petit. Vlpianus *l.* 2. § 5. *ff. de doli except.*

Accipiendo vſuras diſtuliſſe videtur (creditor) petitionem in id tempus, quod eſt poſt diem vſurarum præſtitarum, & tacitè conueniſſe, interim ſe non petiturum. Vlpianus *l.* 2. § 6. *ff. de doli except.*

Dolo facit qui petit quod redditurus eſt. Paulus *l.* 8. *ff. de doli except.*

In omnibus temporalibus actionibus, niſi nouiſſimus dies compleatur, non finit obligationem. Paulus *l.* 6. *ff. de O. & A.*

Contraxisse vnusquisque in eo loco intelligitur in quo, vt solueret se obligauit. Iulianus *l.21.ff.de O.& A.*

Omnes pœnales actiones post litem inchoatam & ad hæredes transeunt. Vlp.*26.ff.de O.& A.*

Cùm ex vno delicto plures nascuntur actiones, omnibus experiri permitti, post magnas varietates obtinuit. Hermogenianus.*l.32.ff.de O.& A.*

Non figura literarum, sed oratione quam exprimunt literæ, obligamur, quatenus placuit, non minus valere quod scriptura, quàm quod vocibus lingua figuratis significaretur. Paulus *l.38.ff.de O.& A.*

Creditores accipere debemus, eos, qui aliquam actionem vel ciuilem habent (sic tamen ne exceptione submoueantur) vel honorariam actionem vel in factum. Vlp.*l.42. §.1. ff.de O.& A.*

Vbi

Vbi de obligando quæritur, propensiores esse debemus, si habeamus occasionem, ad negandum: Vbi de liberando, ex diuerso vt facilior sis ad liberationem. Paulus *l.47.ff.de O.& A.*

Ex contractibus venientes actiones in heredes dantur, licet delictum quoque versetur. Paulus *l.49.ff.de O.& A.*

Quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei potestas est quolibet eius anni die dãdi. Pomp. *l.50.ff.de O.& A.*

Pupillus mutuam pecuniam accipiendo, ne quidem iure naturali obligatur. Licinius *l.59.ff. de O & A.*

Ex Lib. XLV.

STIPVLATIO non valet, in rei promittendi arbitrium collata conditione. Vlpianus *l.17.ff. de verb.oblig.*

Qui bis idem promittit, is eo iure amplius quàm semel non tenetur. Pomponius *l.18.ff.de V.O.*

Generaliter nouimus, turpes stipulationes nullius esse momenti. Vlpianus *l.26.ff.de V.O.*

Sciendum est generaliter, si quis se scripserit fideiussisse, videri omnia solenniter acta. Vlp. *l.30.ff.de V.O.*

Stipulationes commodissimum est ita componere, vt quæcunque specialiter comprehendi possint, contineantur. Iulianus *l.53.ff.de V.O.*

Quæ extrinsecus & nihil ad præsentem actum pertinentia adieceris stipulationi, pro superuacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem. Florentinus *l.65.ff.de V.O.*

Casum aduersamque fortunam spectare hominis liberi, neque ciuile, neque naturale est. Paulus

Paulus *l.*83.§.5.*ff.de V.O.*

Nemo rem ſuam futuram in eum caſum quo ſua ſit, vtiliter ſtipulatur. Paulus *l.*86.*ff.de V.O.*

Mora rei fideiuſſori quoque nocet. Paulus *l.*88.*ff.de V.O.*

Veteres conſtituerunt, quotiens culpa interuenit debitoris, perpetuari obligationem. Paulus *l.*91.§.2.*ff.de V.O.*

Plerumq; ſub autoritate iuris ſcientiæ perniciosè erratur. Celſus apud Pau.*l.*91.§.3.*ff.de V.O.*

Quicquid adſtringendæ obligationis eſt, id niſi palàm verbis exprimitur, omiſſum intelligendum eſt, ac ferè ſecundum promiſſorem interpretamur, quia ſtipulatori liberum fuit verba latè concipere. Celſus.*l.*99.*ff.de V.O.*

Conditio in præteritum, non tantùm in præſens tempus relata, ſtatim aut perimit obligationem, aut omninò non differt.

Modestinus *l.* 100. *ff. de V.O.*

Nulla promissio potest consistere, quæ ex voluntate promittentis statum capit. Iauolenus *l.* 108. *in fine. ff. de V.O.*

Si flagitij faciendi vel facti causa concepta sit stipulatio, ab initio non valet. Papinianus *l.* 123. *ff. de V.O.*

Plerumque ea quæ præfationibus conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur. Paulus *l.* 134. §. 1. *ff. de V.O.*

Ex Lib. XLVI.

OMNI obligationi fideiussor, accedere potest. Vlpianus *l.* 1. *ff. de fideiußorib. & rursus l.* 8. §. 6 *ff. eod. tit.*

Hi qui accessionis loco promittunt, in leuiorem causam accipi possunt, in deteriorem non possunt.

possunt. Paulus *l.34.ff.de fideiussoribus.*

Si quis postquam tempore transacto liberatus est, fideiussorem dederit, fideiussor non tenetur: quoniam erroris fideiussio nulla est. Paulus *l.37.ff. de fideiussor.*

Fideiussor, antequam reus debeat, conueniri non potest. Scæuola *l.57.ff.de fideiussor.*

Non possunt conueniri fideiussores liberato reo transactione. Paulus *l.68. in fine, ff. de fideiussorib.*

Maleficiorum fideiussor accipi non potest. Gaius *l.70.§.3.ff. de fideiussor.*

Pænas ob maleficia solui, magna ratio suadet. Gaius *l.70.§.5. ff. de fideiuss.*

Non potest pro eodem apud eundem quis mandator esse. Paulus. *l.71. in princ. ff. de fideiussoribus.*

Qui ſub conditione ſtipulatur, quæ omnimodo extitura eſt, purè videtur ſtipulari. Vlpianus *l.9.§.1.ff. de nouationib.*

Non ordo ſcripturæ ſpectatur, ſed potius ex iure ſumitur id quod agi videtur. Paulus *l.6.ff. de ſolutionib.*

Plerique innocentium neceſſario ſumptu egent. Papinianus *l.41.ff. de ſolutionib.*

Satisfactio pro ſolutione eſt. Vlpianus l.52.*ff. de ſolutionib.*

Qui mandat ſolui, ipſe videtur ſoluere. Paulus *l.56.ff. de ſolutionib.*

Solidum non ſoluitur, non minus quantitate quàm re. Caliſtratus *l.85.ff. de ſolutionib.*

Aditio hereditatis nonnunquã iure confundit obligationem. Papinianus *l.95. §.2. ff. de ſolutionibus.*

In perpetuum ſublata obligatio reſtitui non poteſt. Paulus *l.98.*

l.98.§.8.ff.de solutionib.

Hoc agitur in stipulationibus, vt quis cautior sit & securior interposita stipulatione. Vlpianus *l.1.§.4.ff.de stipulat.Prætor.*

Prætor beneficium suum nemini vult esse captiosum. Papinianus *l.8.ff.de stipulat.Prætor.*

Ex Lib. XLVII.

CIVILIS constitutio est, pœnalibus actionibus heredes non teneri, nec cæteros quidem successores. Vlpianus *l.1.ff.de priuat.delict.*

Species lucri est, ex alieno largiri. Gaius *l.54.§.1.ff.de furtis.*

Nemini officium suum damnosum esse debet. Africanus *l.61.§.5.ff.de furtis.*

Fructus, quamdiu solo cohærent, fundi sunt. Africanus *l.61.§.8.ff.de furtis.*

Omninò vt in cæteris, ita in huiusmodi causis ex personarum conditione & rerum qualitate & diligenter sunt æstimandæ, ne quid aut durius aut remissiùs constituatur, quàm causa postulabit. Paulus *l.4.§.1.in f.ff.de incendio ruina.*

Peccata nocentium nota esse & oportet & expedit. Paulus *l. 18.in princ.ff.de iniuriis.*

Iniuriarum æstimatio non ad id tempus quo iudicatur, sed ad id quo facta est, referri debet. Iauolenus *l.21.ff.de iniuriis.*

Res hereditariæ omnium heredum communes sunt. Paulus *l.4.ff.expil.heredit.*

Omnes populares actiones neque in heredes dantur, neque supra annum extenduntur. Vlpianus *l.vltim. ff.de popular. action.*

Ex Lib.

Ex Lib. XLVIII.

NON omnia iudicia, in quibus crimen vertitur, publica sunt, sed ea tantùm quæ ex legibus iudiciorum publicorum veniunt. Macer. *l.* 1. *ff. de publ. iudic.*

Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. Paulus *l.* 14. *ff. de accusation.*

Lubricum linguæ ad pænam facilè trahendum non est. Modestinus *l.* 7. *§.* 3. *ff. ad l. Iul. Maiest.*

Neque matrimonium qualecunque, nec spem matrimonij violare permittitur. Vlpianus *l.* 13. *§.* 3. *ff. ad l. Iul. de adult.*

Periniquum videtur esse, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. Vlp. *l.* 13. *§.* 5. *ff. ad l. Iul. de adult.*

Plerunque pietas paterni nominis cõſilium pro liberis capit. Papinianus l. 22. §. 4. *ff. ad L. Iul. de adult.*

Difficillimum eſt, iuſtum dolorem temperare. Papinianus *l.* 38. §. 8. *ff. ad L. Iul. de adult.*

In maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus. Caliſtratus *l.* 14. *ff. ad l. Corn. de ſicar.*

Nihil intereſt, occidat quis an cauſam mortis præbeat. Vlpianus *l.* 15. *ff. ad L. Corn. de ſicariis.*

Patria poteſtas in pietate debet non atrocitate conſiſtere. Marcianus *l.* 5. *ff. de L. Pomp. de parricid.*

Sufficit, furioſum ipſo furore puniri. Modeſtinus *l.* 9. *in f. ff. de lege Pomp. parricid.*]

Contumacia cumulat pœnam. Marcianus *l.* 4. *ff. de pœnis.*

Satius eſt, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare. Vlpianus *l.* 5.

in

in princ.ff.de pœnis.

Carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet. Vlpian. *l.8.§.9.ff. de pœnis.*

Suadendo iuuiſſe, ſceleris inſtar eſt. Saturninus *l.16.in pr.ff.de pœnis.*

Cogitationis pœnam nemo patitur. Vlp. *l.18.ff. de pænis.*

Pæna conſtituitur in emendationem hominum. Paulus *l.20. ff. de pœnis.*

Vnuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubiicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. Calliſtratus *l.26.ff.de pænis.*

Interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius quàm aſperandæ. Herm. *l.42.ff. de pœnis.*

Ex Lib. XLIX.

CREDO humanitatis ratione omnem prouocantem audiri

Qui bis idem promittit, is eo iure amplius quàm semel non tenetur. Pomponius *l.18.ff.de V.O.*

Generaliter nouimus, turpes stipulationes nullius esse momenti. Vlpianus *l.26.ff.de V.O.*

Sciendum est generaliter, si quis se scripserit fideiussisse, videri omnia solenniter acta. Vlp. *l.30.ff.de V.O.*

Stipulationes commodissimum est ita componere, vt quæcunque specialiter comprehendi possint, contineantur. Iulianus *l.53.ff.de V.O.*

Quæ extrinsecus & nihil ad præsentem actum pertinentia adieceris stipulationi, pro superuacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem. Florentinus *l.65.ff.de V.O.*

Casum aduersamque fortunam spectare hominis liberi, neque ciuile, neque naturale est. Paulus

Paulus *l.83.§.5.ff.de V.O.*

Nemo rem suam futuram in eum casum quo sua sit, vtiliter stipulatur. Paulus *l.86.ff.de V.O.*

Mora rei fideiussori quoque nocet. Paulus *l.88.ff.de V.O.*

Veteres constituerunt, quotiens culpa interuenit debitoris, perpetuari obligationem. Paulus *l.91.§.2.ff.de V.O.*

Plerumq; sub autoritate iuris scientiæ perniciosè erratur. Celsus apud Pau.*l.91.§.3.ff.de V.O.*

Quicquid adstringendæ obligationis est, id nisi palàm verbis exprimitur, omissum intelligendum est, ac ferè secundum promissorem interpretamur, quia stipulatori liberum fuit verba latè concipere. Celsus *l.99.ff.de V.O.*

Conditio in præteritum, non tantùm in præsens tempus relata, statim aut perimit obligationem, aut omninò non differt.

Modestinus *l.100.ff.de V.O.*

Nulla promissio potest con-
stere, quæ ex voluntate prom-
tentis statum capit. Iauolenus
108.in fine.ff.de V.O.

Si flagitij faciendi vel fa-
causa concepta sit stipulatio,
initio non valet. Papinianus *l.*
ff.de V.O.

Plerumque ea quæ præfati-
nibus conuenisse concipiunt-
etiam in stipulationibus repet-
creduntur. Paulus *l.134.§.1.ff.*
V.O.

Ex Lib. XLVI.

OMNI obligationi fideiusso-
accedere potest. Vlpianus
1.ff.de fideiußorib. & rursus l.8.
6 ff.eod.tit.

Hi qui accessionis loco pr-
mittunt, in leuiorem causam a-
cipi possunt, in deteriorem no-
possun-

possunt. Paulus *l.34.ff.de fideiussoribus.*

Si quis postquam tempore transacto liberatus est, fideiussorem dederit, fideiussor non tenetur: quoniam erroris fideiussio nulla est. Paulus *l.37.ff.de fideiussor.*

Fideiussor, antequam reus debeat, conueniri non potest. Scæuola *l.57.ff.de fideiussor.*

Non possunt conueniri fideiussores liberato reo transactione. Paulus *l.68. in fine, ff. de fideiussorib.*

Maleficiorum fideiussor accipi non potest. Gaius *l.70.§.3.ff.de fideiussor.*

Pænas ob maleficia solui, magna ratio suadet. Gaius *l.70.§.5. ff.de fideiuss.*

Non potest pro eodem apud eundem quis mandator esse. Paulus.*l.71.in princ.ff.de fideiussoribus.*

Qui ſub conditione ſtipu
tur,quæ omnimodo extitura e
purè videtur ſtipulari. Vlpian
l.9.§.1.ff. de nouationib.

Non ordo ſcripturæ ſpectatu
ſed potius ex iure ſumitur
quod agi videtur.Paulus *l.6.ff.*
ſolutionib.

Plerique innocentium nec
ſario ſumptu egent. Papinian
l.41.ff. de ſolutionib.

Satisfactio pro ſolutione
Vlpianus l.52.*ff.de ſolutionib.*

Qui mandat ſolui, ipſe vi
tur ſoluere. Paulus *l.56.ff.de ſo*
tionib.

Solidum non ſoluitur,non n
nus quantitate quàm re. Ca
ſtratus *l.85.ff.de ſolutionib.*

Aditio hereditatis nonnunq
iure confundit obligatione
Papinianus *l.95. §.2.ff. de ſolut*
nibus.

In perpetuum ſublata oblig
tio reſtitui non poteſt. Paul
l.9

l.98.§.8.ff.de solutionib.

Hoc agitur in ſtipulationibus, vt quis cautior ſit & ſecurior interpoſita ſtipulatione. Vlpianus *l.1.§.4.ff.de ſtipulat.Prætor.*

Prætor beneficium ſuum nemini vult eſſe captioſum. Papinianus *l.8.ff.de ſtipulat.Prætor.*

Ex Lib. XLVII.

Civilis conſtitutio eſt, pœnalibus actionibus heredes non teneri, nec cæteros quidem ſucceſſores. Vlpianus *l.1.ff.de priuat.delict.*

Species lucri eſt, ex alieno largiri. Gaius *l.54.§.1.ff.de furtis.*

Nemini officium ſuum damnoſum eſſe debet. Africanus *l.61. §.5.ff.de furtis.*

Fructus, quamdiu ſolo cohærent, fundi ſunt. Africanus *l.61. §.8.ff.de furtis.*

Omninò vt in cæteris, ita in huiuſmodi cauſis ex perſonarum conditione & rerum qualitate & diligenter ſunt æſtimandæ, ne quid aut durius aut remiſſiùs conſtituatur, quàm cauſa poſtulabit. Paulus *l.4.§.1.in f.ff.de incendio ruina.*

Peccata nocentium nota eſſe & oportet & expedit. Paulus *l. 18.in princ.ff.de iniuriis.*

Iniuriarum æſtimatio non ad id tempus quo iudicatur, ſed ad id quo facta eſt, referri debet. Iauolenus *l.21.ff.de iniuriis.*

Res hereditariæ omnium heredum communes ſunt. Paulus *l.4.ff.expil.heredit.*

Omnes populares actiones neque in heredes dantur, neque ſupra annum extenduntur. Vlpianus *l. vltim. ff. de popular. actien.*

Ex Lib.

Ex Lib. XLVIII.

NON omnia iudicia, in quibus crimen vertitur, publica sunt, sed ea tantùm quæ ex legibus iudiciorum publicorum veniunt. Macer. *l.1.ff.de publ. iudic.*

Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. Paulus *l.14.ff.de accusation.*

Lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum non est. Modestinus *l.7. §.3.ff.ad l.Iul. Maiest.*

Neque matrimonium qualecunque, nec spem matrimonij violare permittitur. Vlpianus *l.13.§.3.ff.ad l.Iul.de adult.*

Periniquum videtur esse, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. Vlp. *l.13.§.5.ff.ad l.Iul.de adult.*

in princ.ff.de pœnis.

Carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet. Vlpian. *l.8.§.9.ff. de pœnis.*

Suadendo iuuisse, ſceleris inſtar eſt. Saturninus *l.16.in pr.ff.de pœnis.*

Cogitationis pœnam nemo patitur. Vlp. *l.18.ff. de pœnis.*

Pæna conſtituitur in emendationem hominum. Paulus *l.20. ff. de pœnis.*

Vnuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubiicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. Calliſtratus *l.26.ff.de pœnis.*

Interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius quàm aſperandæ. Herm. *l.42.ff. de pœnis.*

Ex Lib. XLIX.

CRedo humanitatis ratione omnem prouocantem audiri

diri debere. Vlp. *l.6. de appellat.*

In communi causa quotiens alter appellat, alter non, alterius victoria ei proficit qui non prouocauit. Vlpianus *l.10.§.final.ff. de appellation.*

Generaliter is erit prouocandus ab eo cui mandata est Iurisdictio, qui prouocaretur ab eo qui mandauit Iurisdictionem. Vlp.*l.1.in f.ff. quis, à quo appelletur.*

Impossibile præceptum Iudicis, nullius est momenti. Paulus *l.vlt.ff.quæ sentent.sine appellat.*

Pendente appellatione morte rei crimen extinguitur. Macer.*l. 1. in pr. ff. si pendente appellatione.*

Sicut diligenti cultura pretia prædiorum ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est. Callistratus *l.3.§.4. ff.de iure fisci.*

Id bonorum cuiusque intelligitur, quod æri alieno superest. Iauolenus *l.11.ff.de iure fisci.*

Disci-

Disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum. Paulus *l.19. §.7. ff. de captiuis.*

Ex Lib. L.

Errore veritas originis non amittitur. Vlpianus *l.6. in pr. ff. ad municipalem.*

Magistratuum officium indiuiduum, ac periculum est commune. Papinianus *l.11. in pr. ff. ad municipal.*

Nullum patris delictum innocenti filio pænæ est. Vlp. *l.2. §. 2. & 7. ff. de decurionib.*

Honores & munera non ordinationi, sed potioribus quibusque iniungenda sunt. Paulus *l.7. in princ. ff. de decurionib.*

Remuneranda pericula eorum (negotiatorum & nauiculariorum) quin etiam adhortan-

da præmiis, merito placuit. Calistratus *l. 5. §. 3. ff. de iure immunitatis.*

Sancti habentur legati. Pomponius *l. vlt. ff. de legationib.*

Ciuilis ſapientia res eſt ſanctiſſima, nec pretio nummario æſtimanda, aut dehoneſtanda. Vlpianus *l.* 1. §. 5. *ff. de extraord. cognit.*

Quædam tametſi honeſtè accipiantur, inhoneſtè tamen petuntur. Vlpianus *l.* 1. §. 5. *ff. de extraord. cognition.*

Perſonis data immunitas cum perſona extinguitur; rebus, nunquam extinguitur. Vlpianus *l.* 3. *in f. ff. de cenſib.*

Finis Florilegij ex Pandectis.

FLORILEGIVM
SENTENTIARVM,
Ex
CODICE.

FLORILEGIVM SENTENTIARVM.

Ex

CODICE.

Ex Lib. I.

Nihil est, quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis, postquàm iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium. Constantinus M. *l.* 1. C. *de SS. Eccles.*

Pœnæ maioris videtur esse, versari inter homines & hominum carere suffragiis. Valentin. Iun. *l.* 3. *C. de apostates.*

Principes censuerunt, ea quæ

incertis negotiis statuta sunt, similium quoque causarum fata componere. Impp. Theod. & Valent. *l.3.C.de LL.*

Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri. Iidem Imp. *l.4.C.de LL.*

Non dubium est, in legem cõmittere eum qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Iidem Impp. *l.5.C.de LL.*

Leges & Constitutiones futuris certum est dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari. Iidem Impp. *l.7.C.de LL.*

Diuinæ quidem res perfectissimæ sunt: humani verò iuris cõditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in ea quod stare perpetuò possit: multas enim formas edere natura nouas deproperat. Iustinianus *l.vn. §.18.C. de Vet.iur.enucl.*

Error

Error facti, necdum finito negocio, nemini nocet. Constantius & Maximianus *l.7. C.de iur. & facti ignor.*

Errantis voluntas nulla, consensus nullus est.*l.8.& 9.C.de iur. & facti ignor.*

Constitutiones Principum nec ignorare quemquam, nec dissimulare permittimus. *l.12. C. de iur.& facti ignor.*

Multa damnum famæ non irrogat. *l.1. C. de modo mulctarum qua.*

Ex Lib. II.

ACTORE non probante, qui conuenitur, etsi nihil ipse præstat, obtinebit: Antoninus *l. 4. C. de edendo.*

Pacta quæ contra leges constitutionesque vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere,

indubitati iuris est. Antoninus *l. 6. & l. vlt. C. de pactis.*

Pacta nouissima seruari oportere, tàm iuris quàm ipsius rei æquitas postulat. Alexand. *l. 12. C. de pactis.*

Traditionibus & vsucapionibus dominia rerum, non nudis pactis, transferuntur. Diocletian. & Maximian. *l. 20. C. de pactis.*

Regula est iuris antiqui, omnes licentiam habere his quæ pro se introducta sunt, renunciare. Iustinianus *l. penult. C. de pactis.*

Nihil ita fidei congruit humanæ, quàm ea quæ placuerunt, custodiri. Diocletian. & Maximian. *l. 20. C. de transact.*

Aduocatorum error litigatoribus non nocet. Diocletian. & Maximian. *l. vlt. C. de errore aduocator.*

Fides veritatis verborum adminicula non desiderat. Seuerus

rus & Antoninus *l. 1. C. si minor ab hereditate.*

Melius est intacta iura seruari, quàm post causam vulneratam remedium quærere. Iustinianus *l. vlt. C. in quib. caus. rest. in int. necessaria.*

Malitia minoris ætatem supplet. Diocl. & Maxim. *l. 3. C. si minor se maiorem.*

In contractibus quæ bonæ fidei sunt, etiam maioribus, officio Iudicis causa cognita, publica iura subueniunt. Dioclet. & Maximianus *l. 3. C. quib. ex caus. maiores.*

Iuris formulæ, aucupatione syllabarum insidiantes, cunctorum actibus, radicitus amputentur. Constantinus *l. 1. C. de formulis & impetrat.*

Ex Lib. III.

Placvit, in omnibus rebus, præcipuam esse iustitiæ, æquitatisque, quàm stricti iuris rationem. Constant. & Licinius *l.8.C.de iudiciis.*

Iudices cum veritate & legum obseruatione Iudicium dispone-re debent. Iustinia. *l.14.C.de iudic.*

In re propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiæ: Valens Gratian. & Valentin. *l.an.C.ne quis in sua causa iudicet.*

Inuitus agere vel accusare, nemo cogatur. Dioclet. *l.vn. C. vt nemo inuitus agere.*

Iuris ordinem conuerti postulas, vt non actor rei forum, sed reus actoris sequatur. Diocl. & Maxim. *l. 2. C. de Iurisdict. omn. iudic.*

In criminali negotio rei forum accu-

ıſator ſequatur. Arcad. & norius *l.5. C.de Iuriſdict. omn. ic.*

Actor rei forum, ſiue in rem, e in perſonam ſit actio, ſequi-. Valent. Theod. & Arcad. *ult. C. vbi in rem actio exerceri.* am in ſtatus quæſtione. Dio-t.& Maxim. *l.3. C. vbi cauſa ſta-s agi.*

Omnem honorem reatus ex-udit. Conſtantinus *l.1. C. vbi enatores.*

Melius eſt occurrere in tem-ore, quam poſt exitum vindi-are. Valent. Theod. & Arcad. *l. . C. quando liceat vnicuique ſe ſine udice.*

Liberi obſequium debitum ugiter, prout ipſius naturæ reli-gio flagitat, parentibus debent adhibere. Conſtantinus *l.28. C. de inoffic. teſtam.*

Meritis magis filij ad paterna obſequia prouocandi, quàm pa-

ctionibus adſtringendi ſunt. Iuſtinianus *l.* 35. §. 1. *C. de inoffic. testam.*

Partum ancillæ, matris ſequi conditionem, nec ſtatum patris in hac ſpecie conſiderari, explorati iuris eſt. Philippi *l.* 7. *C. de rei vindic.*

Indicia certa, quæ iure non reſpuuntur, non minorem probationis, quàm inſtrumenta cõtinent fidem. Diocl. & Maxim. *l.* 19. *C. de rei vindicat.*

Voluntati teſtatoris per omnia obediendum eſt: Iuſtinianus *l.* 13. *circa fin. D. de vſufructu.*

Multi caſus rebus incidunt mortalium. Iuſtinianus *l.* 15. *in prin. C. de vſufructu.*

Eſt ſatis durum, (per huiuſmodi difficultates) amittere, quod ſemel poſſeſſum eſt. Iuſtinianus *l. pen.* § . 1. *C. de vſufr.*

Longi temporis conſuetudo vicem ſeruitutis obtinet. Antoninus

ninus *l.1.C.de seruitutib.*

Vti via publica, nemo rectè prohibetur. Diocleт.& Maxim. *l.11.C.de seruitutib.*

Noxa caput sequitur. Alex. *l.1.C.de noxal. action.*

Locum religiosum distrahi nõ posse manifestum est. Philippi *l.9.C.de religiosis.*

Ex Lib. IV.

IVRISIVRANDI contempta religio satis Deum vltorem habet: Alexander *l.2. C. de reb. edit.*

In bonæ fidei contractibus, c non etiam in cæteris causis, opia probationum, per Iudim iureiurando causa cognita, decidi oportet. Diocl.& Ma-x *l.3.C.de reb.cred.& iureiur.*

Lucrum ex delictis sperare, ium est. Iustinianus *l.vlt.in*

fine.C.de reb.cred.& iureiur.

Non vnde originem pecunia, quæ mutuò datur, habeat, sed qui contraxit, si vt propriam numerauit, in huiusmodi obligationibus requiritur. Dioclet. & Maxim. *l.7.C.si certum petatur.*

Incendium ære alieno non exuit debitorem. Dioclet. & Maxim. *l.11.C.si certum petatur.*

Ante tempus debita exigi non possunt. Dioclet. & Maxim. *l.1.C.de condict.ex lege.*

Bonam fidem in contractibus considerari æquum est. Diocl. & Maxim. *l.4.C.de O.& A.*

Sicut initio libera potestas vnicuique, est habendi vel non habendi contractus, ita renunciare semel constitutæ obligationi, aduersario non consentiente, nemo potest. Dioclet. & Maxim. *l.5.C.de O.& A.*

Ob æs alienum seruire liberos creditoribus, iura compelli non

n patiuntur. Diocl. & Maxim.
..*C. de O. & A.*

Ob maritorum culpam vxo-
inquietari, leges vetant. Dio-
t. & Maxim. *l. 2. C. ne vxor. pro*
rito.

Propter æs alienum pupilli,
tutoris qui nihil ex bonis e-
tenet, pignori capi non o-
rtet. Seuerus & Antoninus *l.*
quando fiscus vel priuatus.

Sensum, non vana vocabula
plecti oportet. Iustinianus *l.*
.1. *C. de constit. pecun.*

Petitori possessionis, non ei
i possidet, onus probandi in-
nbit. Antoninus *l. 2. C. de pro-*
ionibus.

Exemplo perniciosum est, vt ei
ipturæ credatur, qua vnus-
isque sibi adnotatione pro-
a debitorem constituit. Gal-
nus *l. 7. C. de probation.*

Per rerum naturam, factum
gantis probatio nulla est. Dio-

clet. & Maximianus *l.* 23. *C. de probation.*

Contra ſcriptum teſtimoniũ, non ſcriptum teſtimonium non fertur. *l.* 1. *C. de teſtib.*

Etiam iure ciuili, domeſtici teſtimonij fides improbatur. Valerianus & Galienus *l.* 3. *C. de teſtib.*

Sola teſtatione prolatam, nec aliis legitimis adminiculis cauſam approbatam, nullius eſſe momenti, certum eſt. Carus, Carinus & Numerianus *l.* 4. *C. de teſtib.*

Parentes & liberi inuicem aduerſus ſe nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt. Diocletianus & Maximianus *l.* 6. *C. de teſtib.*

Omnibus in re propria dicendi teſtimonij facultatem iura ſubmouerunt. Valens Grat. & Valentin. *l.* 10. *C. de teſtib.*

Scripturæ diuerſæ fidem ſibi inui-

icem derogantes, ab vna ea-
nque parte prolatæ. nihil fir-
atis habere poterunt, Diocle-
ı. & Maximian. *l.14. C. de fide*
rument.

In exercendis litibus eandem
ı obtinent tam fides instru-
ntorum, quàm depositiones
:ium. Constantinus *l.15. C. de*
; instrument.

Hoc quod pro quibusdam in-
ductum est, inferre eis iactu-
n, minimè rationi conuenit
uitatis. Iustinianus *l.19. inf. C.*
ide instrum.

Plus valere quod agitur, quàm
od simulate concipitur. *Titu-*
lib.4.

In contractibus rei veritas po-
s quam scriptura perspici de-
t: Valerianus & Galienus *l.1.*
plus valere quod agitur.

Sæpè apud antiquos dicitur,
ssionem domini non esse absi-
ilem nominationi. Iustinianus

l. vlt. C. per quas person. nob. acquir.

Origo potius obligationis, quam titulus actionis considerandus est. Seuerus & Antoninus *l. 3. C. ad SC. Macedon.*

Scimus, fauore dotium antiquos iuris conditores seueritatem legis sæpius mollire. Iustinianus *l. vlt. C. ad SC. Velleian.*

Nimis indignum est, quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere. Iustinus *l. 13. C. de non numerat. pecun.*

In bonæ fidei negotiis vsurarum rationem haberi certum est. Alexand. *l. 13. C. de vsuris.*

Rebus non verbis lex ponenda est. Iustinianus *l. 28. C. de vsuris.*

Suæ quisque rei moderator & arbiter. Constantinus *l. 21. C. mandati.*

Aliena negotia exacto officio gerun-

geruntur, nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa vacuum est. Constantinus *l.* 21. *C. mandati.*

Societatem vno pecuniam conferente, alio operam, posse contrahi, magis obtinuit. Diocletian. & Maximian. *l.* 1. *C. pro socio.*

Tamdiu societas durat, quamdiu consensus partium integer seruatur. Diocletian. & Maxim. *l.* 5. *pro socio.*

Voluntates legitimæ contrahentium omnimodò obseruandæ sunt. Iustinianus *l. pen. C. pro socio.*

In vendentis vel ementis voluntatem collata conditione cõparandi, quia non adstringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est. Dioclet. & Maxim. *l.* 13. *C. de contrah. empt.*

Nominis venditio, etiam igno-

rante vel inuito aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet. Alexander *l.3. C.de hered. vel actione vend.*

Malæ fidei emptio irrita est. Alexander *l.1. C.de rescind. vend.*

Dolus bonæ fidei contrarius est. Dioclet. & Maxim. *l.5. C.de rescind. vend.*

Emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerentes, ad contractum emptionis atque venditionis accedunt. Dioclet. & Maxim. *l.8. C. de rescind. vend.*

Dolus emptoris qualitate facti, non quantitate precij æstimatur. Dioclet. & Maxim. *l.10. C.de rescind. vend.*

Quod consensu contractum est, contrariæ voluntatis adminiculo dissoluitur. Gordian. *l.1. C. quando liceat ab empt.*

Post perfectam venditionem omne commodum & incommodum,

modum, quod rei venditæ contingit, ad emptorem pertinet. Alexander *l.* 1. *C. de pericul. & commod. rei vend.*

Dolum auctoris, bonæ fidei emptori non nocere, certi iuris est. Alexander *l.* 3. *C. de pericul. & commod. rei vend.*

Ex Lib. V.

PLERVNQVE fœminæ etiam aduersus commoda propria inuenitur laborare consilium. Honorius & Theodosius *l.* 4. *C. de sponsalib.*

Dos fit propter nuptias, & sine nuptiis quidem nulla dos intelligitur, sine dote autem nuptiæ possunt celebrari. Iustinianus *l.* 20. *C. de donation. ante nupt.*

Nec filium quidem familias inuitum ad vxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit.

Dioclet. & Maxim. *l.* 12. *&* 14. C. *de nupt.*

Imperialis beneuolentiæ proprium hoc eſt, vt omni tempore ſubiectorum commoda, tam inueſtigare, quàm eis mederi procuret. Iuſtinianus *l.* 23. C. *de nuptiis.*

Deum imitatur, qui ignoſcit. Iuſtinianus *l.* 23. C. *de nuptiis.*

Omnino paternũ eſt officium, dotem vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie. Iuſtinus *l.* 7. C. *de dotis promiſſione.*

Nulla lege prohibitum eſt, vniuerſa bona in dotem marito fœminam dare. Alexander *l.* 4. C. *de iure dotium.*

Rei quæſitæ dominium auferre nolenti nemo poteſt. Dioclet. & Maximin. *l.* 23. C. *de iure dotium.*

Ipſe naturalis ſtimulus parentes ad liberorum ſuorum educationem hortatur. Iuſtinianus

l. vn. §.

l.vn. §.5. C.*de rei vxor. actione.*

Dotem numeratio, non scriptura dotalis instrumenti facit. Seuerus & Antoninus *l.*1. C. *de dote cauta.*

Dubium non est, omnia omnino quæ consilio rectè geruntur, iure meritoque effectu & firmitate niti. Dioclet. & Maxim. *l.*3. C. *de repudiis.*

Consensu licita matrimonia posse contrahi, contracta non nisi misso repudio dissolui præcipimus. Solutionem etenim matrimonij difficiliorem debere esse, fauor imperat liberorum. Theodos. & Valent. *l.*8. C. *de repudiis.*

Parentum necessitatibus liberos succurrere iustum est. Antoninus *l.*1. C. *de alend. liberis.*

Desideria morientium ex arbitrio viuentium non sine iusta ratione colligimus. Leo & Anthemius *l.*4. C. *de natural. liberis.*

Misericordia indigni non sunt

qui alieno laborant vitio. Iustinianus *l.7.C.de natural.lib.*

Nimis est indignum, nimis item impium, flagitiis præsidia quærere. Iustinianus *l.7.inf. C.de natur.liber.*

Communium rerum vtilitas est, lucidis & omni ambiguitate segregatis legibus vti. Iustinianus *l.9.C.de nat.lib.*

Naturalis ordo per omnia cõseruandus est. Iustinianus *l.5.C.de legit.tutela.*

Nominum & rerum fœda cõfusio vitanda est. Iustin. *d.l.5.C.de leg.tutel.*

Maritus rebus vxoris suæ debet affectionem. Alexander *l.2 C.qui dare tutores.*

Tutelam administrare, virile munus est, & vltra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est. Alexander *l.1.C. quando mulier tutela.*

In pecunia robur omne patrimo-

moniorum veteres posuerunt. Constantinus *l. 22. sub fin. C. de admin. tutor.*

Pecuniæ fænerandi vsus vix diuturnus, vix continuus & stabilis est. Idem *ibidem.*

Pauperibus industria vel augmentum patrimonij, quod laboribus & multis casibus quæritur, interdicendum non est. Dioclet. & Maxim. *l. 10. C. arbitrium tutelæ.*

Nemo tam simplex (immò magis stultus) inuenitur, vt in publico inuentario scribi contra se aliquid patiatur. Iustinianus *l. vlt. in f. pr. C. arbitrium tutelæ.*

Quod omnes similiter tangit, ab omnibus debet comprobari. Iustinianus *l. vlt. C. de autorit. præst.*

Tutoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri certissimum est. Dioclet. & Maxim.

l.2. C. quando tutores esse desinant.

Non debet ignorantiæ maritorum, amplissimi ordinis consulto fraus quæri. Antoninus *l.4. C. de excusat. tutor.*

Voluntariæ tutelæ munera priuilegiis nihil derogant. Gordianus *l.12. C. de excusat. tutor.*

Diuersæ excusationis species imperfectæ nihil proficiunt. Seuerus & Antoninus *l. vn. C. qui numero tutelar.*

Ex Lib. VI.

POST decisionem furti leges agi prohibent. Diocler. & Maxim. *l. 13. C. de furtis & seruo corrupto.*

Furti actione minimè teneri successores ignorare non debueras. Dioclet. & Maxim. *l. 15. C. de furtis & seru. corr.*

Regula est, qui habet aduersus alium furti actionem, ipse ea te-

teneri non poteſt. Iuſtinianus *l.* 21. *C. de furtis & ſeruo corrupto.*

Vbi periculum, ibi & lucrum collocetur. Iuſtinianus *l. vlt. §. 3. in fine. C. de furtis & ſeruo corrupto.*

Delicta parentum liberis non nocent. Conſtantinus *l. 2. C. de libertis & eor. liber.*

Voluntas militis in expeditione occupati pro iure ſeruatur. Antoninus *l. 1. C. de teſtament. milit.*

Militum teſtamenta iuris vinculis non ſubiiciuntur. Antoninus *l. 3. C. de teſtam. milit.*

Captatorias inſtitutiones etiã in militis teſtamento nullius eſſe momenti, manifeſtum eſt. Philip. *l. 11. C. de teſtam. militis.*

Humana fragilitas mortis cogitatione perturbata, minus res plures memoria poteſt conſequi. Iuſtinus *l. 8. C. qui teſtam. fac.*

Licet lex Imperij, ſolennibus

Iuris Imperatorem soluerit, nihil tamen tam proprium Imperij est quàm legibus viuere. Alexander *l.3.C.de testam.*

Errore scribentis testamentũ, iuris solennitas mutilari nequaquam potest. Diocl. & Maxim. *l. 7.C.de testamentis.*

Iurisdictionis mutare formam vel iuri publico derogare, testatori permissum non est. Valeria. & Galien. *l.13.C.de testam.*

Necessaria prætermissa imminuunt contractus, & testatoris officiunt voluntati, non abundans cautela. Arcad. & Honor. *l. 17.C.de testamentis.*

Mos retinendus est fidelissimæ vetustatis. Arcad. & Honor. *l.18. C.de testam.*

Voluntates hominum audire volumus non iubere. Honor. & Theod. *l.19.C.de testam.*

Absurdum est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, &

&c aliis creditum alius ſubtrahat. Iuſtinianus *l. 23. C. de teſtam.*

Opprobrium eſt clericis, ſi peritos ſe velint diſceptationum eſſe forenſium. Iuſtinianus *l. 23. in f. C. de teſtam.*

Coram teſtibus facere aliquid naturale teſtator erubeſcit. Iuſtinianus *l. 28. C. de teſtam.*

Mortuo ſimilis eſt, qui neque ſcribere neque articulatè loqui poteſt. Iuſtinian. *l. 29. C. de teſtament.*

Neque enim ſic homo ſupinus, imò magis ſtultus inuenitur, vt nomen ſuum ignoret. *Et in fine legis.*

Non eſt veriſimile in ſuum nomen quemquam erraſſe. Iuſtinianus *l. vltim.* C. *de heredibus inſtit.*

Cùm manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris, verborum interpretatio nuſquam tantum valet vt melior ſenſus exiſtat. Iuſtinian

l.3.C.de liber.præterit.

Ex rupto teſtamento nihil deberi neque peti poſſe, explorati iuris eſt. Antoninus *l.1.de poſtumis hered.inſtit.*

Nec emere, nec donatum adſequi, nec damnoſam quiſquam hereditatem adire compellitur. Arcad. & Honor. *l.16. C. de iure deliberandi.*

Arma magis quàm iura ſcire milites, ſacratiſſimus Legiſlator exiſtimauit. Iuſtinianus *l.22. C.de iure deliber.*

Formidoloſi homines ea timent, quæ nulla digna ſunt ſuſpicione. Iuſtinian.*l.22. in f.princ. C.de iure deliber.*

Confeſſos in iure pro iudicatis haberi placuit. Dioclet. & Maxim.*l.4.C.de repud.heredit.*

Nihil actum eſſe credimus, dum aliquid addendum ſupereſt. Iuſtinianus *l.pen.in f. C. de his quib.vt indignis.*

Opor-

Oportet seruos, vbicunque senserint dominum periclitantem, ad prohibendas insidias concurrere. Iustinian. *l. vlt. C. de his quibus vt indign. & ad SC. Silan.*

In legatis vel fideicommissis necessaria non sit verborum obseruantia, ita vt nihil prorsus intersit, quis talem voluntatem verborum casus exceperit, aut quis loquendi vsus effuderit. Constantinus Constantius & Constans *l. 21. C. de legatis.*

In omnibus testatoris voluntatem quæ legitima est, dominari censemus. Iustinianus *l. 23. inf. C. de legatis.*

Mulieres ad hoc natura progenuit vt partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta est. Iustinianus *l. 2. C. de indicta viduitate.*

Augeri magis nostram Rempubl. & multis hominibus legi-

timè progenitis frequentari quã impiis periuriis affici volumus. Iustinianus *l.* 2. *C. de indicta viduitate.*

Satis inhumanum esse videtur, per leges quæ periuria puniunt, viam periuriis aperiri. Iustinianus *l.2.in f. C. de indicta viduitate tollenda.*

Non ex sola scriptura, sed ex conscientia defuncti voluntati satisfaciendum est. Antoninus *l.* 2.*C.de fideicommissis.*

Voluntatis defuncti quæstio in æstimatione Iudicis est. Alex. *l.*7.*C.de fideicommissis.*

Regulariter traditur, ea quæ in testamento relinquuntur, si ex testamento non adeatur hereditas, non valere. Valerianus & Gallianus *l.* 14.*C.de fideicommissis.*

Clari & aperti iuris est, in fideicommissis posteriores voluntates esse firmiores. Diocletianus

&

& Maximianus *l. 19. C. de fideicommissis.*

Nos non verbis, sed ipsis rebus leges imponimus. Iustinianus *l. 2. in f. C. Communia de legatis.*

Falsa demonstratio non perimit legatum. Alexand. *l. 2. C. de falsa caus. adiecta.*

Quod semel repudiatum est, redintegrari minimè concedimus. Iustinianus *l. vlt. C. de condition. insertis.*

Non est ferendus is, qui lucrũ quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. Iustinianus *l. vn. §. 4. C. de caducis tollend.*

Quod communiter omnibus prodest, hoc priuatæ vtilitati præferendum (Princeps) censeat, suum esse proprium subiectorum commodum imperialiter existimans. Iustinian. *l. vn. §. pen. C. de caduc. toll.*

Perindignum eſt, fortuitas ob cauſas vel caſus humanos, nepotes auita ſucceſſione fraudari. Theodoſ.& Valent.*l.vn. C.de his qui ante apertas.*

Mulieribus ingenuis & illuſtribus, caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt.Iuſtinianus *l.5.C.ad SC.Orfician.*

Satis iniurioſum, ſatiſque acerbum eſt, illuſtri mulieri ſpurios habere. Iuſtinianus *l.5. C.ad SC.Orfician.*

Nihil eorum, quæ probabiliter à natura noſcuntur eſſe producta, reſpui decet. Iuſtinianus *l.12.C.de legitim.hered.*

Natura vtrumque (tam maris quàm fæminæ) corpus edidit, vt maneat ſuis vicibus immortale, & alterum alterius auxilio egeat, & vno ſemoto, alterum corrumpatur.Iuſtinianus *l.14.C.de legiti. heredib.*

Naturam offendere, & legitimo

mo iuri derogare non licet. Iustinianus *l.14.C.de legit.hered.*

Testamentariæ successionis spe durante, intestato bona defuncti non rectè vindicantur. Dioclet. & Maxim. *l.8.C.Communia de successionib.*

Consequens est, ambiguas, atque legum diuersis interpretationibus titubantes causas benignè atque naturalis iuris moderamine temperare. Leo & Anthemius *l. 5. Cod. de bonis quæ liberis.*

Vt Imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet & Principales liberalitates culmen habere præcipuum. Iustinianus *l. 7. C. de bonis quæ liberis.*

Ipsa natura & leges à parentibus alendos esse liberos imperant, & ab ipsis liberis parentes, si inopia ex vtraque parte vertitur. Iustinianus *l.vlt.§.5. C.de bonis quæ liberis.*

Ludibrio leges esse non oportet. Iustinianus *l.vlt.§.vlt.C.de bonis quæ liberis & paulo ante eadem lege §.5.* Melius est coarctare iueniles calores, ne cupidini dediti, tristem sentiant exitum.

Ex Lib. VII.

IN ambiguis sensibus melius est (& maximè in libertate, fauore eius) humaniorem amplecti sententiam. Iustinianus *l.14. C.de fideicom.libertat.*

Nos, qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in nostris esse legibus, quæ re ipsa obtinent. Iustinian. *l.vn.C.de dedit. libert.toll.*

Quod ex re ipsa rationabile, est, hoc in ius perfectum deducitur. Iustinian *l.vn.in princ. C.de Latin.libert.toll.*

Satis absurdum est, ipsa origine

ne rei sublatâ, eius imaginem derelinqui. Iustinian. *l. vn. in princ. C. de Lat. libert. toll.*

Satis abundéque Imperiale est, humaniorem sententiam pro durioribus sequi. Iustinianus *l. 2. in f. C. de Communi seruo. manum.*

Sibi damna debet imputare is, qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmauit. Constantinus *l. vlt. C. de his qui à non domino manum.*

Religiosa solicitudo ad augendam prouocandamque fidei obseruationem iuris præmio adfici debet. Dioclet. & Maxim. *l. 1. C. pro quib. caus. serui pro præmio libert.*

Libertatem fouere & tueri, Romanis legibus & præcipuè nostro numini peculiare est. Iustinian. *l. 1. in f. C. communia de manumision.*

Ampliandam magis ciuitatem nostram quàm minuendam cen-

l.3.C.de liber.praterit.

Ex rupto testamento nihil deberi neque peti posse, explorati iuris est. Antoninus *l.1.de postumis hered.instit.*

Nec emere, nec donatum adsequi, nec damnosam quisquam hereditatem adire compellitur. Arcad. & Honor. *l.16. C. de iure deliberandi.*

Arma magis quàm iura scire milites, sacratissimus Legislator existimauit. Iustinianus *l.22. C.de iure deliber.*

Formidolosi homines ea timent, quæ nulla digna sunt suspicione. Iustinian. *l.22. in f.princ. C.de iure deliber.*

Confessos in iure pro iudicatis haberi placuit. Dioclet. & Maxim. *l.4.C.de repud.heredit.*

Nihil actum esse credimus, dum aliquid addendum superest. Iustinianus *l.pen.in f. C. de his quib.vt indignis.*

Opor-

Oportet seruos, vbicunque senserint dominum periclitantem, ad prohibendas insidias concurrere. Iustinian. *l. vlt. C. de his quibus vt indign. & ad SC. Silan.*

In legatis vel fideicommissis necessaria non sit verborum obseruantia, ita vt nihil prorsus intersit, quis talem voluntatem verborum casus exceperit, aut quis loquendi vsus effuderit. Constantinus Constantius & Constans *l. 21. C. de legatis.*

In omnibus testatoris voluntatem quæ legitima est, dominari censemus. Iustinianus *l. 23. inf. C. de legatis.*

Mulieres ad hoc natura progenuit vt partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta est. Iustinianus *l. 2. C. de indicta viduitate.*

Augeri magis nostram Rempubl. & multis hominibus legi-

timè progenitis frequentari quã impiis periuriis affici volumus. Iustinianus *l.* 2. C. *de indicta viduitate.*

Satis inhumanum esse videtur, per leges quæ periuria puniunt, viam periuriis aperiri. Iustinianus *l.2.inf.* C. *de indicta viduitate tollenda.*

Non ex sola scriptura, sed ex conscientia defuncti voluntati satisfaciendum est. Antoninus *l.* 2.C. *de fideicommissis.*

Voluntatis defuncti quæstio in æstimatione Iudicis est. Alex. *l.*7.C. *de fideicommissis.*

Regulariter traditur, ea quæ in testamento relinquuntur, si ex testamento non adeatur hereditas, non valere. Valerianus & Gallianus *l.* 14. C. *de fideicommissis.*

Clari & aperti iuris est, in fideicommissis posteriores voluntates esse firmiores. Diocletianus

&

& Maximianus *l. 19. C. de fidei-commißis.*

Nos non verbis, ſed ipſis rebus leges imponimus. Iuſtinianus *l. 2. in f. C. Communia de legatis.*

Falſa demonſtratio non perimit legatum. Alexand. *l. 2. C. de falſa cauſ. adiecta.*

Quod ſemel repudiatum eſt, redintegrari minimè concedimus. Iuſtinianus *l. vlt. C. de condition. inſertis.*

Non eſt ferendus is, qui lucrũ quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. Iuſtinianus *l. vn. §. 4. C. de caducis tollend.*

Quod communiter omnibus prodeſt, hoc priuatæ vtilitati præferendum (Princeps) cenſeat, ſuum eſſe proprium ſubiectorum commodum imperialiter exiſtimans. Iuſtinian. *l. vn. §. pen. C. de caduc. toll.*

Perindignum eſt, fortuitas ob cauſas vel caſus humanos, nepotes auita ſucceſſione fraudari. Theodoſ.& Valent.*l.vn. C.de his qui ante apertas.*

Mulieribus ingenuis & illuſtribus, caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt. Iuſtinianus *l.5.C.ad SC.Orfician.*

Satis iniurioſum, ſatiſque acerbum eſt, illuſtri mulieri ſpurios habere. Iuſtinianus *l.5. C.ad SC.Orfician.*

Nihil eorum, quæ probabiliter à natura noſcuntur eſſe producta, reſpui decet. Iuſtinianus *l.12.C.de legitim.hered.*

Natura vtrumque (tam maris quàm fæminæ) corpus edidit, vt maneat ſuis vicibus immortale, & alterum alterius auxilio egeat, & vno ſemoto, alterum corrumpatur. Iuſtinianus *l.14.C.de legiti. heredib.*

Naturam offendere, & legitimo

mo iuri derogare non licet. Iustinianus *l.14.C.de legit.hered.*

Testamentariæ successionis spe durante, intestato bona defuncti non rectè vindicantur. Dioclet.& Maxim.*l.8.C.Communia de successionib.*

Consequens est, ambiguas, atque legum diuersis interpretationibus titubantes causas benignè atque naturalis iuris moderamine temperare. Leo & Anthemius *l.* 5. *Cod.de bonis quæ liberis.*

Vt Imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet & Principales liberalitates culmen habere præcipuum. Iustinianus *l.7.C.de bonis quæ liberis.*

Ipsa natura & leges à parentibus alendos esse liberos imperant, & ab ipsis liberis parentes, si inopia ex vtraque parte vertitur. Iustinianus *l.vlt.§.5. C.de bonis quæ liberis.*

Ludibrio leges esse non oportet. Iustinianus *l. vlt. § vlt. C. de bonis quæ liberis & paulo ante eadem lege §. 5.* Melius est coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti, tristem sentiant exitum.

Ex Lib. VII.

IN ambiguis sensibus melius est (& maximè in libertate, fauore eius) humaniorem amplecti sententiam. Iustinianus *l. 14. C. de fideicom. libertat.*

Nos, qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in nostris esse legibus, quæ re ipsa obtinent. Iustinian. *l. vn. C. de dedit. libert. toll.*

Quod ex re ipsa rationabile, est, hoc in ius perfectum deducitur. Iustinian. *l. vn. in princ. C. de Latin. libert. toll.*

Satis absurdum est, ipsa origine

ne rei sublatâ, eius imaginem derelinqui. Iustinian. *l.vn.in princ.* *C.de Lat.libert.toll.*

Satis abundéque Imperiale est, humaniorem sententiam pro durioribus sequi. Iustinianus *l.2.* *in f.C.de Communi seruo.manum.*

Sibi damna debet imputare is, qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmauit. Constantinus *l.vlt.* C. *de his qui à non domino manum.*

Religiosa solicitudo ad augendam prouocandamque fidei obseruationem iuris præmio adfici debet. Diocler.& Maxim.*l.1.* C. *pro quib.caus. serui pro præmio libert.*

Libertatem fouere & tueri, Romanis legibus & præcipuè nostro numini peculiare est. Iustinian.*l.1.in f.C.communia de manumision.*

Ampliandam magis ciuitatem nostram quàm minuendam cen-

ſemus.Iuſtinianus *l.2.in f.C.Communia de manumiſsionib.*

Factum tuum filiis obeſſe non debet.Antoninus *l.1.C.de liberali cauſa.*

Nec omiſſa profeſſio probationem generis excludit,nec falſa ſimulatio veritatem minuit. Dioclet.& Maxim. *l.15. C.de liberali cauſa.*

Serui naſcuntur ratione certa, non confeſſione conſtituuntur. Diocl. & Maxim. *l. 22. C.de liberali cauſa.*

Placuit , eos qui naſcuntur, matrum conditionibus vti, quarum mox viſceribus exponuntur.Conſtantinus *l.vlt. C.de liberali cauſa.*

Irritam facere donationem perfectam nemini licet. Dioclet. & Maxim.*l.3.C.de vſucap.pro donato.*

Improbata poſſeſſio firmum titulum poſſidenti præſtare nullum

lum poteſt. Diocl.& Maxim. *l.7. C.de adquir. & retin. poſſeſſ.*

Vitia poſſeſſionum à maioribus contracta perdurant, & ſucceſſorem autoris ſui culpa comitatur. Arcadius & Honor. *l.11. C. de adq. poſſeſſ.*

Ex aliena malignitate alienum damnum emergere non debet. Iuſtinianus *l.vlt.C.de adquir. poſſeſſ.*

Antiqua iuris regula definit, deteriorem conditionem domino per ſeruum nullo modo fieri poſſe. Iuſtinianus *d.l.vlt. C.de adquir. poſſeſſ.*

Qui ſuis conſiliis ſuiſque laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborant, quare non habeant dignam ſua prærogatiua fortunam? Iuſtinianus *l.3. in f. C.de quadrienny praſcript.*

Incubatio diuturna aut nouella profeſſio proprietatis priuilegiũ abolere non poteſt. Arcad.&

Honorius *l.* 3. *C. ne rei dominicæ vel templorum.*

Ab his possessoribus initium non requiritur, qui sibi potius quàm alteri possederunt. Valent. & Valens *l.* 2. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.*

Eos possessores non conuenit appellari, qui ita tenent, vt ob hoc ipsum solitam debeant præstare mercedem. Valent. & Valens *d. l.* 2. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.*

Sortes humanæ multæ sunt. Iustinianus *l.* 9. *siue vlt. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.*

Quis incusare filiosfamilias poterit, si hoc nō fecerint, quod etsi maluerint, minimè adimplere lege obuiante valebant? Iustinianus *l.* 1. *in fine C. de annali exceptione.*

Firmitatem sententia non habebit, si ei non sit commodatus adsensus. Gordianus *l.* 3. *C. quomodo*

modo & quando iudex sententiam.

Ea quæ ſtatuuntur aduerſus abſentes non per contumaciam, iudicatæ rei firmitatem non obtinere certum eſt. Diocletian. & Maxim. *l.* 7. *&* 10. *C. quomodo & quando Iudex ſententiam.*

Si quid non benè dirimatur, hoc in aliorum Iudicum vitium extendi non oportet, cùm non exemplis, ſed legibus iudicandum ſit. Iuſtinianus *l.* 13. *C. de ſent. & interloc. omn. iudic.*

Scimus eſſe naturæ congruum, eas tantummodò pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuuntur. Iuſtinianus *l. vn. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.*

Poſt abſolutum dimiſſumque iudicium, nefas eſt litem alteram conſurgere ex litis primæ materia. Honor. & Theod. *l.* 3. *C. d*

fructib. & litium expensis.

Rebus iudicatis standum est. Antoninus *l. 1. C. de re indicata.*

Res iudicatas instaurari, exemplo graue est. Gordianus *l. 4. C. de re iudicata.* & *l. 5. sequ. eo. tit.* Diocl. & Maxim. Instaurari finita, rerum iudicatarum non patitur autoritas.

Cognitoris morte publica fides perire non debet. Honor. *l. vlt. C. de re iudicata.*

Quod ab vno seruari non poterit, à cæteris exigi non posse, explorati iuris est. Gordianus *l. 2. C. si plures vna sententia.*

Res inter alios iudicatæ, neque emolumentum his qui iudicio non interfuerunt, neque præiudicium solent irrogare. Gordianus *l. 2. C. quib. res iudicata non nocet.*

Quod magno conflictu sententia decerni solet, id paucis literis temerè descriptis definiri

fas

fas non eſt. Conſtantinus *l.vlt.C. Comminationes, epiſtolas.*

Confeſſos in iure pro iudicatis haberi placet. Antoninus *l. vn.C.de Confeßis.*

Inter alios res geſtas, aliis nõ poſſe præiudicium facere, ſæpè conſtitutum eſt. Diocl.& Maxim. *l.1.C.inter alios acta aliis non nocere.* & Iidem *l.2.eod.tit.* Inter alios factam tranſactionem, abſenti non poſſe facere præiudicium, notiſſimi iuris eſt.

Temerè aut paſſim prouocandi facultas omnibus præbenda non eſt. Diocl.& Maxim. *l.6.§.4. C.de appellation.*

Et in maioribus & in minoribus negotiis appellandi facultas eſt. Conſtantinus *l.20. C. de appellationibus.*

Legum auſteritatem pactis litigantium mitigare licet. Iuſtinianus *l.vlt.in fine.C.de temporib. appellation.*

Dubium non est, id quod cõtra ius gestum videtur, firmitatem non tenere. Carus, Carinus, & Numerianus *l.5.C. quando prouocare non est necesse.*

Necessariò in contumacem vigor iudiciarius excitandus est. Valentin. Valens & Gratianus *l. 4.C. quor. appellat. non recip.*

Humanior sententia pro duriore eligenda est. Iustinianus *l. vlt. C. qui bonis cedere possunt.*

Ex Lib. VIII.

OMNES scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere. Iustinianus *l. vlt. C. unde vi.*

Negotiorum merita, partium adsertione panduntur. Arcad. & Honor. *l. 2. C. si per vim. vel alio modo.*

Nihil dubium aptum est ad tollen-

tollendam ambiguitatem. Zeno *l.12.§.2.C. de ædificiis priuatis.*

Præscriptio temporis iuri publico non debet obsistere ; sed nec Rescripta quidem. Gratian. Valent. &Theod.*l.6.C.de operib. publ.*

Imperio magna ab vniuersis secreta debentur. Honor. & Theodos.*l.17.C.de operib.publ.*

Creditor ad petitionem debitis vrgeri minimè debet. Diocl. & Maxim.*l.20.C.de pignor.*

Iustum est, voluntates contrahentium magis quàm verborum conceptionem inspicere. Iustinianus *l. vlt. C. quæ res pignori oblig.*

Præualet iure, qui præuenit tempore. Antoninus *l. 21. & 4. C.qui potiores in pign.*

Pro liberorum procreatione, multa nostris legibus inuenta sunt priuilegia. Iustinianus *l.vlt. §.1.C.qui potiores in pignore.*

Consensu emptionem perfe-ctam,(si neque dolus aduersarij, neque metus causa gesta arguentur) reuocari, exemplo graue est. Dioclet.& Maxim. *l.*10. C. *de distract.pignor.*

Mendaci scriptura contra fidem veritatis nemo obligari potest. Alexander *l.vlt.C.si pign.conuent.numeratio pecunia.*

Exceptio rei iudicatæ ei demum obstat vel successoribus eius, inter quos cognitum super ea re & pronunciatum est. Antoninus *l.* 2. C. *de exceptionibus seu præscription.*

Iustum est, propter dolosam mentem & absconditam machinationem quem puniri. Iustinianus *l.*4.§.1.C. *de litigiosis.*

Ea quæ quis promisit, ipse in memoria sua seruare, non ab aliis sibi manifestari debet poscere. Iustinianus *l.*12. C. *de contrah. stipulat.*

Cur

Cur quòd in principalibus personis iustum est, non ad heredes & aduersus eos transmittatur? Iustinianus *l.13. C.de stipulat. contrah.*

Penè similis omnium hominum natura est. Iustinianus *l.13. C.de contrah.stipul.*

Ex subtilitate hominum voluntates cadere non debent. Iustinianus *l.13.in fin. C.de contrah. stipul.*

Mulieres naturalis pudor non omnibus perperam sese manifestare concedit. Iustinianus *l.pen. C.de contrah.stipul.*

Sensus contrahentium discutiendus est. Iustinian. *l.vlt. C.de controh.stipnl.*

Libera matrimonia esse antiquitus placuit. Alexander *l.2.C. de inutil.stipul.*

Omnia quæ contra bonos mores vel in pactum vel in stistulationem deducuntur, nullius

momenti sunt. Diocl. & Maxim. *l.14.C.de inutil.stipulat.*

Omnino attestatio pro scriptura haberi debet. Iustinianus *l. pen.C.de fideiussorib.*

Ipsa legis autoritate non permittitur, vt simplicitas suscipiẽtium contractus ex quacunque causa possit ius creditoris mutilare. Iustinian. *l. vlt. in f.C. de fideiussor.*

Voluntate solùm est, non lege nouandum. Iustinianus *l.vlt. C.de nouationib.*

Figmento veritatis, extingui non potest obligatio. Dioclet. & Maxim. *l.13.C.de solutionib.*

Solutionem adseueranti, probationis onus incumbit. Dioclet. & Maxim. *l.25.C.de solutionib.*

Emptori etiam venditoris iura prodesse non ambiguitur. Dioclet. & Maxim. *l.28.C. de euictionib.*

Si quæ inter patrem & filium con-

controuersiæ oriuntur, intra domum eas terminari congruit. Valer. & Galien. *l.4.C. de patria potest.*

Reuerentiam debitam exhibere matri filius debet. Valer. & Gallien. *l.4. in f. C. de patria potest.*

Filia patri non solùm reuerentiam, sed etiam subsidium vitæ exhibere debet. Diocl. & Maxim. *l.5. C de patr. potest.*

Patribus ius vitæ in liberos, necisque potestas olim erat permissa. Constantinus *l. vlt. C. de patria potestate.*

Iura patris naturalis nexu diuino copulata sunt. Iustinianus *l. pen. in princ. C. de adopcionib.*

In patre nullius circũuentionis suspicio potest aliquã sibi vendicare licentiam auita affectione omnia resecante. Iustinianus *d. l. pen. C. de adopt.*

Materna iura non possunt aboleri, Iustinianus *d. l. pen.* §. 1.

In emancipationibus liberorum,nec non donationibus,non tàm ſcriptura,quàm veritas conſiderari ſolet.Dioclet. & Maxim. *l.2.C.de emancipat.liber.*

Supra facultatibus (viuentis) cuius incerta vita ac fortuna fuit,tranſigi aut iudicari non poteſt. Dioclet.& Maximian. *l.4. C. de poſtlim.reuerſis.*

Fortunâ matris, filiæ iniuria fieri non debet. Dioclet.& Maxim. *l.14.C.de poſtlim.reuerſis.*

Vnuſquiſque ſobolem ſuam nutriat.Valent.& Valens & Gratianus *l.2.C. de infantibus expoſitis.*

Voluntas amica miſericordiæ eſſe debet.Iidem *d.l.2.*

Suum dicere nemo poteſt, quem pereuntem contemnit. Valent. Valens & Gratianus *l.2. in f.C.de infantib.expoſitis.*

Conſuetudinis vſusve longæui non vilis autoritas eſt : verùm

rùm non vſque adeò ſui valitura momento, vt aut rationem vincat aut Legem. Conſtantinus *l.2. C. quæ ſit longa conſuetudo.*

Leges quoque ipſas antiquitus probata, & ſeruata tenaciter cō-ſuetudo imitatur & retinet. Leo & Anthemius *l.3 C. quæ ſit longa conſuetudo.*

Nec ignorans nec inuitus quiſquam donat. Dioclet. & Maxim. *l.10. C. de donationib.*

Superfluum eſt priuatum teſtimonium, cùm publica monumenta ſufficiunt. Zeno *l.31. C. de donationib.*

In arbitrio cuiuſcunque eſt hoc facere quod inſtituit. Iuſtinianus *l.35. §. vltim. C. de donationibus.*

Quid verbis opus eſt, quæ rerum effectus nullus ſequitur? Iuſtinianus *l. vlt. C. de donationib.*

In libertos collata a patronis liberalitas, magis ad obſequium

eos inclinare debet, quàm ad insolentiam erigere. Philippus *l.1. C.de reuocand.donat.*

Ex Lib. IX.

VOCEM funestam amputari oportet potius quàm audiri. Arcad. & Honorius *l.pen. C. de his qui accusare non poss.*

Finis explicandi negotij in Iudicis potestate ac motu situs est. Dioclet.& Maxim. *l.10. C.de accusationibus.*

Nemo de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutetur aliena. Hon.& Theod. *l.vlt.C. de recusationib.*

De his quos tenet carcer, id aperta definitione sancimus, vt aut conuictum velox pæna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Gratian. Valent.& Theod. *l.5. C.de cust.rer.*

Morte

Morte homicidæ crimen cum pœna extinguitur. Antoninus *l.3. C. si reus vel accusat. mortuus.*

Maledictum si ex leuitate processerit, contemnendum est, si ex insania, miseratione dignissimum, si ab iniuria remittendum. Theod. & Arcad. & Honor. *l. vn. C. si quis Imperat. maled.*

Senatus, pars corporis Imperatorij est. Arcad. & Honor. *l.5. C. ad l. Iul. Maiest.*

Eadem seueritate voluntatem sceleris qua effectum puniri iura voluerunt. Arcad. & Honor. *l.5. C. ad L. Iul. Maiest.*

In filiis paterni, hoc est, hereditarij criminis exempla metuũtur. Arcad. & Honor. *l.5.* § .1. *C. ad L. Iul. Maiest.*

Hominibus perpetua egestate sordentibus mors solatium est, & vita supplicium. Arcad. & Honor. *d. l.* 5. § .1. *C. ad L. Iul. Maiestatis.*

Crimen contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Cæterùm ea quæ ex improuiso casu potius quam fraude accidunt, fato plerumque non noxæ imputantur. Antoninus *l.1.C.ad L. Coru.de sicariis.*

Melius est (malo) occurrere & mederi, quàm iniuria recepta vindictam perquirere. Gallienus *l.4.C.ad L.Corn.de sicar.*

Innocentia purgari crimen, non adulta ætate defendi conuenit. Dioclet. & Maximin. *l.6. C.ad L.Corn.de sicar.*

Plus est hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio. Antoninus *l.1.C. de maleficiis.*

Culpa similis est tàm prohibita discere quàm docere. Valent. & Valens *l.8. C.de maleficiis.*

Verisimile non est, eam quæ arguitur, non ex fide causam suã defensuram, cùm periculum capitis subeat. Antoninus *l.1.C.ad L.Corn.*

L. Corn. de falſis.

Scripturæ veritas (ſi res poposcerit) per ipſum debet probari autorem. Conſtantinus *l. 21 C. ad L. Corn. de falſis.*

Ad honoris inſignia non ambitione vel pretio, ſed probatæ vitæ teſtimonio, viri debent promoueri. Theod. & Valent. *l. vlt. C. ad L. Iul. repetund.*

Neminem diuini timoris, cõtemnendo iuſiurandum, arbitramur immemorem, vt ſaluti propriæ vllum commodum anteponat. Theod. & Valen. *l. vlt. C. ad L. Iul. repetundar.*

Diſputate de Principali iudicio non oportet: Sacrilegij enim inſtar eſt, dubitare an is dignus ſit, quem elegerit. Gratia. Valent. & Theod. *l. 2. C. de crimine ſacrilegij.*

Vxor ſocia rei humanæ atque diuinæ domus ſuſcipitur. Gord. *l. 4. C. de crimine expil. heredit.*

momenti sunt. Diocl. & Maxim. *l.14.C.de inutil. stipulat.*

Omnino attestatio pro scriptura haberi debet. Iustinianus *l. pen.C.de fideiussorib.*

Ipsa legis autoritate non permittitur, vt simplicitas suscipiẽtium contractus ex quacunque causa possit ius creditoris mutilare. Iustinian. *l. vlt. in f.C. de fideiussor.*

Voluntate solùm est, non lege nouandum. Iustinianus *l.vlt. C.de nouationib.*

Figmento veritatis, extingui non potest obligatio. Dioclet. & Maxim. *l.13.C.de solutionib.*

Solutionem adseueranti, probationis onus incumbit. Dioclet. & Maxim. *l.25.C.de solutionib.*

Emptori etiam venditoris iura prodesse non ambiguitur. Dioclet. & Maxim. *l.28.C. de euictionib.*

Si quæ inter patrem & filium con-

controuerſiæ oriuntur, intra domum eas terminari congruit. Valer. & Galien. *l.4. C. de patria poteſt.*

Reuerentiam debitam exhibere matri filius debet. Valer. & Gallien. *l.4. in f. C. de patria poteſt.*

Filia patri non ſolùm reuerentiam, ſed etiam ſubſidium vitæ exhibere debet. Diocl. & Maxim. *l.5. C de patr. poteſt.*

Patribus ius vitæ in liberos, neciſque poteſtas olim erat permiſſa. Conſtantinus *l. vlt. C. de patria poteſtate.*

Iura patris naturalis nexu diuino copulata ſunt. Iuſtinianus *l. pen. in princ. C. de adopcionib.*

In patre nullius circũuentionis ſuſpicio poteſt aliquã ſibi vendicare licentiam auita affectione omnia reſecante. Iuſtinianus *d. l. pen. C. de adopt.*

Materna iura non poſſunt aboleri, Iuſtinianus *d. l. pen.* §. 1.

In emancipationibus liberorum,nec non donationibus,non tàm scriptura,quàm veritas considerari solet.Dioclet. & Maxim. *l.2.C.de emancipat.liber.*

Supra facultatibus (viuentis) cuius incerta vita ac fortuna fuit,transigi aut iudicari non potest. Dioclet.& Maximian. *l.4. C. de postlim.reuersis.*

Fortunâ matris, filiæ iniuria fieri non debet. Dioclet.& Maxim. *l.14.C.de postlim.reuersis.*

Vnusquisque sobolem suam nutriat.Valent.& Valens & Gratianus *l.2.C. de infantibus expositis.*

Voluntas amica misericordię esse debet.Iidem *d.l.2.*

Suum dicere nemo potest, quem pereuntem contemnit. Valent. Valens & Gratianus *l.2. in f.C.de infantib.expositis.*

Consuetudinis vsusve longæui non vilis autoritas est : verùm

rùm non vſque adeò ſui valitura momento, vt aut rationem vincat aut Legem. Conſtantinus *l.2. C. quæ ſit longa conſuetudo.*

Leges quoque ipſas antiquitus probata, & ſeruata tenaciter cõſuetudo imitatur & retinet. Leo & Anthemius *l.3 C. quæ ſit longa conſuetudo.*

Nec ignorans nec inuitus quiſquam donat. Diocl. & Maxim. *l.10. C. de donationib.*

Superfluum eſt priuatum teſtimonium, cùm publica monumenta ſufficiunt. Zeno *l.31. C. de donationib.*

In arbitrio cuiuſcunque eſt hoc facere quòd inſtituit. Iuſtinianus *l.35. §. vltim. C. de donationibus.*

Quid verbis opus eſt, quæ rerum effectus nullus ſequitur? Iuſtinianus *l. vlt. C. de donationib.*

In libertos collata a patronis liberalitas, magis ad obſequium

eos inclinare debet, quàm ad insolentiam erigere. Philippus *l.1. C.de reuocand.donat.*

Ex Lib. IX.

VOCEM funestam amputari oportet potius quàm audiri. Arcad. & Honorius *l.pen. C. de his qui accusare non poss.*

Finis explicandi negotij in Iudicis potestate ac motu situs est. Dioclet.& Maxim. *l.10. C.de accusationibus.*

Nemo de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutetur aliena. Hon.& Theod. *l.vlt.C. de recusationib.*

De his quos tenet carcer, id aperta definitione sancimus, vt aut conuictum velox pæna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Gratian. Valent.& Theod. *l.5.C.de cust.rer.*

Morte

Morte homicidæ crimen cum pœna extinguitur. Antoninus *l.* 3. *C. si reus vel accusat. mortuus.*

Maledictum si ex leuitate processerit, contemnendum est, si ex insania, miseratione dignissimum, si ab iniuria remittendum. Theod. & Arcad. & Honor. *l. vn. C. si quis Imperat. maled.*

Senatus, pars corporis Imperatorij est. Arcad. & Honor. *l.* 5. *C. ad l. Iul. Maiest.*

Eadem seueritate voluntatem sceleris qua effectum puniri iura voluerunt. Arcad. & Honor. *l.* 5. *C. ad L. Iul. Maiest.*

In filiis paterni, hoc est, hereditarij criminis exempla metuũtur. Arcad. & Honor. *l.* 5. § 1. *C. ad L. Iul. Maiest.*

Hominibus perpetua egestate sordentibus mors solatium est, & vita supplicium. Arcad. & Honor. *d. l.* 5. § 1. *C. ad L. Iul. Maiestatis.*

Mitior circa mulieres debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse cõfidimus. Arcad.& Honor.*l.5.§.3. C.ad L.Iul. Maiest.*

Quod legitimè est factum, nullam pænam meretur. Alexander *l.4.C.ad L.Iul.de adulter.*

Nox & dolor iustus homicidium releuant. Alexander *d.l.4. in f.C.ad L.Iul.de adult.*

Indignum est, vt vltionem pudoris, præstigia versuti iuris excludant. Diocler. & Maxim.*l.28. C.ad L.Iul.de adult.*

Ab his fœminis pudicitiæ ratio requiritur, quæ iuris nexibus detinentur,& *matris familias* nomen obtinent. Hæ autem immunes à iudiciaria seueritate & stupri & adulterij præstentur, quas vitæ vilitas dignas legum obseruatione non credidit. Constantinus *l.29.C.ad L.Iul.de adult.*

Maritum genialis thori vindicem

cem esse oportet. Constantinus *l.30.C.ad L.Iul.de adult.*

Successio pro oneribus portionis suæ respondet. Antoninus *l.2.C.ad L.Iul.de vi.*

Multa facinora sub vno violentiæ nomine continentur. Constantinus *l.6. C. ad L. Iul. de vi.*

Causam dans cædi vel damno, cædem & damnum intulisse videtur. Colligitur *ex d.l.6.*

Crimen non dissimile est rapere, & ei qui rapuit, raptam rem scientem delictum, seruare. Honor. & Theodos. *l.9. C.ad L. Iul. de vi.*

Virginitas vel castitas corrupta, restitui non potest. Iustinian. *l.vn.in princ.C.de raptu virgin.*

Quos ad vitæ decora, domesticæ laudis exempla non prouocant, saltem correctionis medicina compellat. Valent.& Valens *l.vn.C.de emendatione propinquor.*

L.Corn.de falsis.

Scripturæ veritas (si res poposcerit) per ipsum debet probari autorem. Constantinus *l.21 C.ad L.Corn.de falsis.*

Ad honoris insignia non ambitione vel pretio, sed probatæ vitæ testimonio, viri debent promoueri. Theod. & Valent. *l.vlt. C.ad L.Iul.repetund.*

Neminem diuini timoris, cōtemnendo iusiurandum, arbitramur immemorem, vt saluti propriæ vllum commodum anteponat. Theod. & Valen. *l.vlt. C.ad L.Iul.repetundar.*

Disputare de Principali iudicio non oportet: Sacrilegij enim instar est, dubitare an is dignus sit, quem elegerit. Gratia. Valent. & Theod. *l.2. C. de crimine sacrilegij.*

Vxor socia rei humanæ atque diuinæ domus suscipitur. Gord. *l.4.C.de crimine expil.heredit.*

Indulgentia infamiam criminis non tollit, sed pœnæ gratiam facit. Valent. Valens & Gratian. *l. vlt. C. de generali abolitione.*

Calumniantes ad vindictam poscit similitudo supplicij. Honor. & Theodos. *l. vlt. C. de calumniatorib.*

Impunitas delicti propter ætatem non datur, si modò in ea quis sit, in quam crimen quod intenditur, cadere potest. Alex. *l.* 7. *C. de pœnis.*

Vanæ voces populi non sunt audiendæ. Diocl. & Maxim. *l.* 12. *C. de pœnis.*

Non remitti pœnam facilè, publicè interest, ne ad maleficia temerè quisquam prosiliat. Diocl. & Maxim. *l.* 14. *C. de pœnis.*

Facies hominis ad similitudinem pulchritudinis cœlestis est figurata. Constantinus *l.* 17. *C. de pœnis.*

Sancimus ibi esse pœnam, vbi &

bi & noxia est. *& paulo post*. Peccata suos teneant autores, nec vlterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. Arcad. & Honor. *l. 22. C. de pœnis.*

Tantum ad restitutionem indulgentia valet, quantum ad correctionem sentẽtia valuit: vtque deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio bonorum ac dignitatis, vno nomine amissorum omnium est recuperatio. Constantinus *l. vlt. in f. C. de sentent. passis & restitutis.*

Ex Lib. X.

APertissimi iuris est, vt quod ex cuiusque patrimonio ceciderit in casum, & legibus & recto iuris ordine fisci aduocatis agentibus vindicetur. Constantinus *l. 5. C. de delatorib.*

Plerunque inuerecunda petentium inhiatione ita constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus. Grat. & Valent. & Theodos. *l.1. C. de petition. honor. subl.*

Omne semen alienas appetendi fortunas stirpitus eruere (Princeps) debet. Theodos. & Valent. *l. 1. Cod. de petit. honor. sublatis.*

Superfluum est hoc precibus postulare, quod iam lege permissum est. Leo. *l. vn. C. de thesauris.*

Vnus quisque suis fruatur, & non inhiet alienis. Leo *l. 1. in fine. C. de thesauris.*

Obsistere commodis publicis & statutis necessitatibus, non possunt priuilegia dignitatum. Arcad. & Honor. *l. 20. C. de annon. & tributis.*

Filios in potestate patris positos ad munera seu honores non posse

posse euocari, falsò tibi persuasum est. Diocl.& Maxim. *l.* 5. *C. de decurionib.*

Nullus qualibet prærogatiua fultus, à debitis muneribus habeatur immunis. Valens. Valent. & Grat. *l.* 28. *C. de decurionibus.*

Vtique vnumquemque criminosum non dignitas debet, sed pœna comitari. Grat. Valent. & Theodos. *l.* 38. *C. de Decurionibus.*

Duæ partes ordinis in vrbe positæ, totius Curiæ instar exhibent. Arcad. & Honor. *l.* 45. *C. de Decurionib.*

Conuenit leges futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare. Anastasius *l. pen. in f. C. de Decurionib.*

Quod summis apicibus dignitatum non est concessum, hoc alij sibi vindicare non audeant. Iustinianus *l. vlt. in medio.*

eos inclinare debet, quàm ad insolentiam erigere. Philippus *l.1. C.de reuocand.donat.*

Ex Lib. IX.

VOCEM funeſtam amputari oportet potius quàm audiri. Arcad. &Honorius *l.pen. C. de his qui accuſare non poſſ.*

Finis explicandi negotij in Iudicis poteſtate ac motu ſitus eſt. Dioclet.& Maxim. *l.* 10. *C.de accuſationibus.*

Nemo de proprio crimine confitentem, ſuper conſcientia ſcrutetur aliena. Hon.& Theod. *l.vlt.C. de recuſationib.*

De his quos tenet carcer, id aperta definitione ſancimus, vt aut conuictum velox pæna ſubducat, aut liberandos cuſtodia diuturna non maceret. Gratian. Valent.&Theod.*l.*5.*C.de cuſt.rer.*

Morte

Morte homicidæ crimen cum pœna extinguitur. Antoninus *l. 3. C. si reus vel accusat. mortuus.*

Maledictum si ex leuitate processerit, contemnendum est, si ex insania, miseratione dignissimum, si ab iniuria remittendum. Theod. & Arcad. & Honor. *l. vn. C. si quis Imperat. maled.*

Senatus, pars corporis Imperatorij est. Arcad. & Honor. *l. 5. C. ad l. Iul. Maiest.*

Eadem seueritate voluntatem sceleris qua effectum puniri iura voluerunt. Arcad. & Honor. *l. 5. C. ad L. Iul. Maiest.*

In filiis paterni, hoc est, hereditarij criminis exempla metuũtur. Arcad. & Honor. *l. 5. §. 1. C. ad L. Iul. Maiest.*

Hominibus perpetua egestate sordentibus mors solatium est, & vita supplicium. Arcad. & Honor. *d. l. 5. §. 1. C. ad L. Iul. Maiestatis.*

Mitior circa mulieres debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse cõfidimus. Arcad.& Honor.*l.5.§.3. C.ad L.Iul.Maiest.*

Quod legitimè est factum, nullam pænam meretur. Alexander *l.4.C.ad L.Iul.de adulter.*

Nox & dolor iustus homicidium releuant. Alexander *d.l.4. in f.C.ad L.Iul.de adult.*

Indignum est, vt vltionem pudoris, præstigia versuti iuris excludant. Dioclet. & Maxim.*l.28. C.ad L.Iul.de adult.*

Ab his fœminis pudicitiæ ratio requiritur, quæ iuris nexibus detinentur, & *matris familias* nomen obtinent. Hæ autem immunes à iudiciaria seueritate & stupri & adulterij præstentur, quas vitæ vilitas dignas legum obseruatione non credidit. Constantinus *l.29.C.ad L.Iul.de adult.*

Maritum genialis thori vindicem

cem esse oportet. Constantinus *l.30.C.ad L.Iul.de adult.*

Successio pro oneribus portionis suæ respondet. Antoninus *l.2.C.ad L.Iul.de vi.*

Multa facinora sub vno violentiæ nomine continentur. Constantinus *l.6.C.ad L.Iul. de vi.*

Causam dans cædi vel damno, cædem & damnum intulisse videtur. Colligitur *ex d.l.6.*

Crimen non dissimile est rapere, & ei qui rapuit, raptam rem scientem delictum, seruare. Honor. & Theodos. *l.9.C.ad L.Iul. de vi.*

Virginitas vel castitas corrupta, restitui non potest. Iustinian. *l.vn.in princ.C.de raptu virgin.*

Quos ad vitæ decora, domesticæ laudis exempla non prouocant, saltem correctionis medicina compellat. Valent. & Valens *l.vn.C.de emendatione propinquor.*

L.Corn.de falsis.

Scripturæ veritas (si res poposcerit) per ipsum debet probari autorem. Constantinus *l.2. C.ad L.Corn.de falsis.*

Ad honoris insignia non ambitione vel pretio, sed probatæ vitæ testimonio, viri debent promoueri. Theod. & Valent. *l.vlt. C.ad L.Iul.repetund.*

Neminem diuini timoris, cõtemnendo iusiurandum, arbitramur immemorem, vt saluti propriæ vllum commodum anteponat. Theod. & Valen. *l.vlt. C.ad L.Iul.repetundar.*

Disputare de Principali iudicio non oportet: Sacrilegij enim instar est, dubitare an is dignus sit, quem elegerit. Gratia. Valent. & Theod. *l.2. C. de crimine sacrilegij.*

Vxor socia rei humanæ atque diuinæ domus suscipitur. Gord. *l.4.C.de crimine expil.heredit.*

Indulgentia infamiam criminis non tollit, ſed pœnæ gratiam facit. Valent. Valens & Gratian. *l.vlt.C.de generali abolitione.*

Calumniantes ad vindictam poſcit ſimilitudo ſupplicij. Honor. & Theodoſ. *l. vlt. C. de calumniatorib.*

Impunitas delicti propter ætatem non datur, ſi modò in ea quis ſit, in quam crimen quod intenditur, cadere poteſt. Alex. *l. 7. C. de pænis.*

Vanæ voces populi non ſunt audiendæ. Diocl. & Maxim. *l. 12. C. de pœnis.*

Non remitti pœnam facilè, publicè intereſt, ne ad maleficia temerè quiſquam proſiliat. Diocl. & Maxim. *l. 14. C. de pœnis.*

Facies hominis ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis eſt figurata. Conſtantinus *l. 17. C. de pœnis.*

Sancimus ibi eſſe pœnam, vbi &

bi & noxia eſt. *& paulo poſt.* Peccata ſuos teneant autores, nec vlterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. Arcad. & Honor. *l. 22. C. de pœnis.*

Tantum ad reſtitutionem indulgentia valet, quantum ad correctionem ſentẽtia valuit: vtque deportationis ipſum per ſe nomen rerum omnium ſpoliatio eſt, ita indulgentiæ reſtitutio bonorum ac dignitatis, vno nomine amiſſorum omnium eſt recuperatio. Conſtantinus *l. vlt. in f. C. de ſentent. paßis & reſtitutis.*

Ex Lib. X.

APertissimi iuris eſt, vt quod ex cuiuſque patrimonio ceciderit in caſum, & legibus & recto iuris ordine fiſci aduocatis agentibus vindicetur. Conſtantinus *l. 5. C. de delatorib.*

poſſe euocari, falsò tibi perſuaſum eſt. Diocl.& Maxim. *l.5.C.de decurionib.*

Nullus qualibet prærogatiua fultus, à debitis muneribus habeatur immunis. Valens.Valent. & Grat. *l.28.C.de decurionibus.*

Vtique vnumquemque criminoſum non dignitas debet, ſed pœna comitari.Grat.Valent. & Theodoſ. *l.38. C.de Decurionibus.*

Duæ partes ordinis in vrbe poſitæ, totius Curiæ inſtar exhibent.Arcad. & Honor.*l.45. C.de Decurionib.*

Conuenit leges futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare. Anaſtaſius *l. pen.in f.C.de Decurionib.*

Quod ſummis apicibus dignitatum non eſt conceſſum, hoc alij ſibi vindicare non audeant. Iuſtinianus *l.vlt.in medio.*

C.de Decurionib.

Infirma eſt venditio, ſi legis forma negligatur. Valen. Theod. & Arcad. *l.1. C. de prædiis Decurion.*

Naturale vitium eſt, negligi quod communiter poſſidetur, vtque ſe nihil habere qui non totum habeat, arbitretur: denique ſuam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienæ. Theod. & Valent. *l.2. C. quando & quib. quarta pars debetur.*

Quid enim tam durum tamque inhumanum eſt, quàm publicatione pompáque rerum familiarium & paupertatis detegi vilitatem & inuidiæ exponere diuitias. Theod. & Valent. *d. l.2. in f. princ. C. quando & quib. quarta pars.*

In neceſſariis ſibique coniunctis perſonis ſub liberalitatis appellatione debitum naturale

per-

ſoluitur. Theod. & Valent. *l. vn. in princ. Cod. de imponenda lucrat. deſcript.*

Nec enim iuris optimi eſt, matrimonium, cùm tot tantiſque ſuis difficultatibus opprimatur, aduentitiis etiam cumulare ponderibus. Theod. & Valent. *l. vn. C. de impon. lucrat. deſcript.*

Origine propria neminem poſſe voluntate ſua eximi, manifeſtum eſt. Diocl. & Maxim. *l. 4. C. de municipibus.*

Ciues quidem origo, manumiſſio, allectio, vel adoptio, incolas verò domicilium facit. Dioclet. & Maximianus *l. 7. C. de incolis.*

Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus. Valent. Theod. & Arcad. *l. vlt. C. de incolis.*

Maioribus honoribus functos, ad minores deuocari non

oportere, rationis eſt. Diocler. & Maxim. *l.* 1. *Cod. quemadm. ciuilia munera.*

Magiſtros ſtudiorum, doctoreſque excellere oportet moribus primùm, deinde facundia. Iulinianus *l.* 7. *C. de profeſſorib. & medicis.*

Turpe eſt, vt patriæ functiones ferre non poſſit, qui etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur (Philoſophus ſcil.) Valent. & Valens *l.* 8. *C. de profeſſor. & medicis.*

Conſentire etiam is videtur, qui non teſtificatur diſſentire nominationi. Seuerus & Antoninus *l.* 1. *C. de filiisfam. & quemadm. pro his pater teneatur.*

In diſcendis artibus otium eſt accommodandum. Conſtantinus *l.* 1. *C. de excuſat. artificum.*

Publicæ vtilitatis intereſt, non ex amicitia creationes fieri, ſed æſtimatione vera & commodo Rei-

Reipubl. Alexander *l. vn. C. si propt. inimicit. creatio facta sit.*

Consensum non ignorantiam volumus obligari. Arcad. & Honor. *l. 3. C. de tabulariis.*

Leges inexorabiles. Theod. & Valent. *l. vltim. C. de tabulariis, scribis.*

Ex Lib. XI.

INTERCIPERE contractum emendi vendendique fas prohibet. Valent. Valens & Gratianus *l. 2. C. de prædiis nauiculariorum.*

In aliena calamitate (naufragorum) fiscus ius non habet, vt de re tam luctuosa compendium sectetur. Constantinus *l. 1. C. de naufragiis.*

Quod ab vno committitur, id totius delinquitur periculo numeri. Theod. & Valent. *l. 5. C. de*

fabricensibus.

Pietas mea dona non expetit, neque regium sibi offerri à priuatis cultum requirit. Leo *l.vn. C.nulli licere in frenis.*

Quod in initio dispositionis constitutum est, id in posterum nulla addita nouatione seruetur. Theod. & Valent. *l.vn. in f.C.de collegiatis.*

Linguarum confusio permixta vel locorum aures & mentes à studio literarum auertit. Theo. & Valent. *l.vn.in f.C.de studiis liberal.V.R.*

Rempublicam, vt pupillam, extra ordinem iuuari, moris est. Alexander *l.3.C.de iure Reipubl.*

Quotiens duobus non separatim, sed pro indiuiso munus iniungitur, vnusquisque eorum periculo soliditatis videtur obstrictus. Gordianus *l.2.C.quo quisque ordine conueniatur.*

Primates viri, populi studiis ac volupta-

voluptatibus grati esse cupiunt. Valens, Grat. & Valent. *l.1.C.de spectaculis.*

In lætitia publica seruetur honestas, & verecundia castis moribus perseueret. Arcad. & Honor. *l.vn.C.de maiuma.*

Malæ fidei possessorem esse nullus ambigit qui aliquid contra legum interdicta mercatur. Valent. & Valens *l.7. inf. C.de agricolis.*

Litibus imponenda celeritas. Iustinianus *l.20. in princ. C. de agricolis.*

Nostra iura præiudicium generare nulli debent. Iustinianus *l.22. in princ. C.de agriculis.*

Ignorantiæ locus non est, cùm ad criminis rationem solum istud sufficit, quod incognitum sibi tenuit. Valent. Theodos. & Arcad. *l. vn. C. de colonis Illyricianis.*

Graue est non solùm legibus,

verùm etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. Zeno *l.vn. C.vt nullus ex vicaneis pro alienis vican. debit.teneatur.*

Nulla ratione debet quis ab hoc, quod in commune omnibus profuturum est, seiungi. Constantinus *l.1. collat. fundorum.*

Si priuati iuris debita non patimur denegari, multò magis præbenda sunt ciuitatibus quæ iure debentur. Valentin.*l.5.C.de diuers.præd.vrb.& rust.*

Legibus similiter omne hominum genus tenetur. Theod. & Valent. *l.vn. C. de conductor. præd.fiscal.domus Aug.*

Grauior pœna constituenda est in hos qui nostri iuris sunt, & nostra debent custodire mandata. Theod. & Valent. *l. vn.in f. C. de conductor. præd. fiscal. domus Augustæ.*

Ex Lib.

Ex Lib. XII.

PATERNOS honores inuidere filiis non oportet. Valens Gratianus & Valent. *l. 11. C. de dignitat.*

Repetiti fasces, virtutes sæpè, meriti comprobant, non augét: quia nihil altius dignitate. Theo. & Valent. *l. 1. C. de Consulib.*

Sedes prior debet esse ante prouectis, locus conspectior, decernendi loquendíque facultas antiquior, cui est splendor adepti Magistratus vetustior. Gratian. Valet. & Theod. *l. vlt. C. de Præf. Prætorio.*

Sicut læsis implorandi præsidij facultatem denegari non cõuenit, ita nec calumniandi viam patimur diutius esse patefactam. Leo *l. pen. C. de præpos. sacri cubiculi.*

Iurisperiti laudabilem in se

probis moribus vitam esse mō-strent, & docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamque disserendi habere debent. Theod. & Valent. *l. vn. C. de professor. qui in vrbe Constantinop.*

Indignum est, desides à propriis tamdiu muniis aberrantes, (quos esse conuenit assiduos) numerari. Theod. & Valent. *l. 3. C. de domesticis & protector.*

Nemini liceat, cùm sit posterior tempore, locum præcedentis ambire. Theod. & Valent. *l. 7. C. de proxim. sacr. scrinior.*

In controuersiis, quas in iudiciis moueri contigerit, æqualitatem litigatoribus volumus seruari. Anastasius *l. 12. §. 4. C. de proxim. sacr. scrinior.*

Non videatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. Iustinianus *l. 7. C. qui militare possunt.*

Hono-

Honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad vnumquemque conuenit deuenire. Arcad. & Honor. *l. 14. C. de re militari.*

Peregrinationis labor ſociatus, commilitij ius, & obeundorum munerum conſortium, affectioni fraternæ nonnihil addidiſſe, quinimò vice mutua chariores inuicem ſibi eos reddidiſſe, credendus eſt. Gordianus *l. 4. C. de Caſtrenſi peculio.*

Plenum æquitate atque iuſtitia eſt, vt qui aut ſucceſſione fruitur, aut emptione vel extructione gaudet, electam præcipuè iudicio ſuam partem teneat & relictam. Arcad. & Honor. *l. 2. C. de metatis.*

Principis ſalus, populi ſalus. Conſtantinus *l. 1. C. de veteranis.*

Veniam delinquentibus non permittimus, nec indulgentijs crimina ſubleuamus. Grat. Va-

lent. & Theod. *l.6.C.de cohortal. principib.*

Nullam possessionem alterius pro alienis debitis publicis vel priuatis præcipimus conueniri. Honor. & Theod.*l.4.C. de executoribus.*

Vtilitas publica præferenda est priuatorum contractibus. Diocler. & Maxim. *l.3. C.de primipilo.*

Finis Florilegij ex Codice.

FLO.

FLORILEGIVM
SENTENTIARVM,
Ex
NOVELLIS
IVSTINIANI.

FLORILEGIVM SENTENTIARVM,

Ex

NOVELLIS IVSTINIANI.

OMNIBVS hominibus terminus vitæ est mors. *Nou.1.c.1.sub finem.*

Leges neminem in paupertate viuere, neque in anxietate mori permittunt. *Nou.1.in fine Epilogi.*

Mulierem, (quæ inuiolatum morientis thorum seruat) & miramur pariter & laudamus, & non procul à virginitate ponimus. *Nou.2.c.3.in medio.*

Penè nihil immensum bonum est. *Nou.3.in princ.*

Ecclesia, Imperij mater. *d. Nou.3. in princ.*

Ecclesiasticæ expensæ hominibus locupletibus non distribuendæ, ita vt inde inopes necessaria non mereantur. *Nou.3. cap.3.*

Non minor nobis cura esse debet horum quæ sanctissimis Ecclesiis prosunt quàm ipsius animæ. *Nou.3. in f. Epilogi.*

Humana natura quodommodo labitur ad delicta. *Nou.5.c.2. sub finem.*

Seniorum conuersatio, iuuentutis educatio perfecta. *d. Nou.5. c.3. in fine.*

Maxima in hominibus sunt dona Dei, sacerdotium & Imperium, illud diuinis ministrat, hoc humanis pręsidet. *Nou.6. in princ.*

Penè vniuersa geruntur & cõpetenter, si rei principium fiat docens, & amabile Deo. *Nou.6. in f. princ.*

Pudi-

Pudicitia quàm maximè mulieres exornat. *Nou. 6. cap. 6. in fine.*

Quid est stabile inter homines, & ita immobile, vt nullam patiatur mutationem? cùm omnis noster status sub perpetuo motu consistat. *Nou. 7. c. 2. in prin.*

Oportet ea quæ communiter & generaliter in omnium vtilitatem sanciuntur, potius valere quàm ea quæ circa aliquos studentur agi ad corruptionem cõmunium legum. *Nou. 7. c. 9. §. 1.*

Vno principio illicito dato, plura sequuntur. *Nou. 8. in pr. §. 1.*

Multitudo numerosa nihil habet honestum: quoniam in paucis ex multis, quæ secundum virtutem est, vita saluatur. *Nou. 10. in princ. §. 1. in f.*

Pater, licet legum contemptor & impius sit, tamen pater est. *Nou. 12. c. 2.*

Castitas etiam sola Deo cum

fiducia potis est hominum animas præsentare. *Nou*. 14. §. 1.

Quantò quilibet præest melioribus, tantò maior ipse & honestior est. *Nou*. 15. *in f. princ*.

Et maximorum, & mediocriũ & paruulorum nobis cura est, & nihil est tale quod à nostra solicitudine remoueamus. *Nou*. 15. *in princ. Epilogi*.

Semper equidem clemens aliquid definimus: sed quia non hoc cum lege agimus, erubescimus. *Nou*. 18. *c*. 5. *in princ*.

Plurimæ necessitates circum assistunt hominibus. *d. Nou*. 15. *C*. 7. *in medio*.

Nulla maxima cura, per quam semper aliquid adiicit Deus sceptris nostris, extra nos consistit pro (subditorum) solicitudine & prouidentia. *Nou*. 18. *in f. Epilogi*.

Non erubescimus, si quid melius etiam horum, quæ ipsi prius diximus, ad inueniamus, hoc sancire,

cire, & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis expectare corrigi legem. *Nou.22.in f.princ.*

Nullus culpabit quare non futurum sciuerunt, & hoc quod videbatur quidem & tractabatur, omnibus modis crediderunt, quod verò nondum factum erat, non formidauerunt. *Nou.22.c.1.*

Disponat vnusquisque super suis vt dignum est, & sit lex, eius voluntas. *Nou.22.c.2.in princ.*

Eorum quæ in hominibus subsequuntur, quicquid ligatur solubile est. *Nou.22.c.3.*

Superueniens seruitus non procul à morte differt. *Nouel.22. c.9.*

Communicare delicto, pessimum omnium peccatorum est. *Nou.22.c.15.*

Multæ hominibus ad malitiam viæ sunt. *Nou.22.c.15.*

Mors omnia soluit. *Nou.22.c.20.*

Felix & beatum eſt vtrũque contrahentium perdurare in priori coniugio, & non procreatam ſobolem ſequentibus matrimoniis forſitan contriſtare. *Nou.*22.*c.*20.

Erubeſcit lex caſtigatores filios genitoribus ſtatuere. *Nou.*22. *c.*24.

Quod ex lege datum eſt lucrũ, priuatus auferre modis omnibus non valebit. *Nou.*22.*c.*33.

Leges etiam in ipſa arma Imperium habere volumus. *Nou.*25. *c.*5.*inf.*

Quantò ipſum altius in ſublime euehimus, ſi probè ſe gerat: tantò rurſum grauioribus eũ percellemus pœnis, ſi quid contra leges deliquerit. *Nou.*26.*c.*3. *ſub finem.*

Nihil in paruo magnum exiſtere, cùm à noſtris dictum eſt maioribus, tum nos ex ipſis iudicauimus probauimúſque factis. *Nou.*

Nou.29.c.pen.sub fin.

Concordiâ nihil vnquã inter homines præclarius extitit, & præstantius. *Nou.30.c.1.in prin.*

Depauperatio potius est quàm locupletatio, si quis sordidis vtendo manibus arbitretur ex eo lucrũ facere, quod multifariam postmodum cum impietate & summo probro restituet. *Nou.30.c.7.in princ.*

Iustitia nihil inter homines vnquam extitit robustius aut pulchrius, quodve Deum & Imperatorem placare conciliareque magis possit. *Nou.30.c.9.sub fin.*

Non est inhumanitas, sed potius summa quædam humanitas, cùm multi paucorum animaduersione saluantur. *Nou.30.c.11.*

Perperam effuseque posita, si ad competentem perueniant ordinem, ex bellè disponantur, aliæ propemodum res apparent, spe-

ciosæ pro turpibus, ornatæ pro incultis, articulatæ distinctæque pro incompositis prius & confusis. *Nou.32.in princ.*

Quod in multitudinem diuiditur, onus insensibile propemodum facit eis, qui hoc sustinent. *Nou.38.in princ.*

Congruens magis est, amplificare rem in paucis corporibus angustatam, quàm multitudinẽ multitudini adiicere. *Nou.38.c.6.*

Decursio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene se habendum reuocatur, nisi etiam, quod particulariter ei resistit, corrigatur. *Nou.39.in princ.*

Tempus ferre omnia consueuit. *d.Nou.39.in princ.*

Nuptiis nihil vtilius, tanquam solis facere homines valentibus. *d.Nou.39.in f.princ.*

Ea quæ communiter omnibus prosunt, iis quæ specialiter qui-

quibuſdam vtilia ſunt, præponimus. *Nou.39.c.1.in pr.*

Nihil inter homines ſic eſt indubitatum, vt non poſſit (licet aliquid ſit valdè iuſtiſſimum) tamen ſuſcipere quandam ſollicitam dubitationē. *Nou.44.c.1.§.1.*

Melius eſt pauca agere cautè, quàm multis intereſſe periculosè. *d.Nou.44.c.1.§.3.in fine.*

Conuerſatio noſtra recta ſit, & plena orthodoxa fide, omni alia hæreſi meritò conſtituta ſub odio. *Nou.45.c.1.in f.*

Deus reſpicit quæ geruntur ab omnibus, & ſi quid egerint per dolum aut lucrum aut machinationem, hoc in ſuis recipient animabus viuentes ac morientes. *Nou.46.c.1.in f.*

Veracium ſolummodo amator eſt Princeps. *Nou.58.in præfat.*

Vnam eſſe omnium perfectiſſimam virtutem arbitrandum eſt hominibus, quæ iuta omni-

bus distribuit : hæc est ex causa cognominata iustitia. *Nou.69. in princ.*

Nihil est aliud falsitas, nisi veritatis imitatio. *Nou.78. in princ.*

Nihil est furore amoris vehementius; quem retinere, philosophiæ est perfectæ, monentis etiã & insilientem atque inhærentem concupiscentiam refrænantis. *Nou.74.c.4. in princ.*

Omne bonum, siue à Deo acquiritur hominibus, siue ab Imperio sequẽte Deum, decet esse mansurum, & omnis malitiæ ac diminutionis extraneum. *Nou.81.c.2.*

Multis vndique natura nouitatibus vtitur. *Nou.84. in princ.*

Multæ sunt homini & anxietates innumeræ, & repentinæ mortes. *Nou.84 c.1. in f. princ.*

Omninò oportet non sola delictorum nos contentos esse prohibitione, sed etiam timorem inferre

ferre iustum transgressoribus. *Nou.*88.*c.*1.*in medio.*

Diffugiendum quidem quod malum est, inueniendum verò vndique quod melius est. *Nou.* 89.*in præfat.*

Oportet semper aliquod inchoare bonum, non ea quæ à quibusdam præexistunt, destruere. *Nou.*89.*c.*7.

Non erit decens, vt quæ bene exclusa sunt, in Rempubl. rursus introducantur. *Nou.*89.*c.*11.§.2.

Necessitas inexcusabilis. *Nou.* 91.*c.*9.

Multa quilibet cogitans & considerans inueniet. *Nou.*94.*c.*1.

Quod raro fit (sicut etiam vetus sapientia docet) non obseruant legislatores, sed quod fit plerunque & respiciunt & medentur. *Nou.*94.*c.*2.

Quod factum est, infectum manere impossibile est. *Nou.*97. *c.*1.

Per omnia iustitiam æquitatemque honorare conuenit. *Non*, 97.*c*.1.

Deus est communis omnibus pater. *Non*.98.*c*.1.*in f.*

Imperatori & ipsas Deus leges subiecit, legem animatam eum mittens hominibus. *Nou*.105.*c*.2. *in fine.*

Quod longis ita seruatum est temporibus, & tenuit immutabiliter, quomodo non est iustum & in aliis omnibus valere quæ posteà erunt? *Nou*.106.*c*.1.

Quid sic proprium est legum, sicut claritas, maximè super defunctorum dispositionibus? *Nou*.107.*c*.1.*in princ*.

Vnam nobis esse in omni nostræ Reip. & Imperij vita, in Deo spem credimus, scientes, quia hæc nobis & animæ & Imperij dat salutem, vnde & legislationes nostras inde pendere competit, & in eam respicere, & hoc

eis

eis principium esse & medium & terminum. *Nou.* 109. *in præfat.*

Non est iustum, æqualibus cum orthodoxis hæreticos dignos fieri priuilegiis. *Nou.* 109. *c.* 1.

Quod medicamenta morbis, hoc exhibent iura negotiis: vnde consequitur, vt nonnunquam à iudicio discordet effectus, & quod credebat coniectura prodesse, experimento inueniatur inutile. *Nou.* 111. *in præfat.*

Quod in legum positum est potestate, non egebit aliqua extrinsecus dispositione. *Nou.* 113. *c.* 1.

Si pro causis corporalibus cogitamus, quantò magis pro animarum salute prouidentia est nostræ solicitudinis adhibenda? *Nou.* 115. *c.* 3. *sub fin.*

Considerare debent parentes, quia & ipsi filij fuerint, & eadem à suis parentibus sperauerunt: & similiter qui nũc filij sunt, debent studere paren-

tum animos ſanare: quia & ipſi parentes fieri deſiderant, & à ſuis filiis optant honorari. *Nou.115.c.5.in princ.*

Quis enim ibi delinquit, vbi ſalutem petat? *Nou.117.c.15.in f.*

In delicto æquali, ſimiles eis imponere pœnas, iuſtum eſſe putamus. *Nou.127.c.vlt.*

Nullum ita magnum ſubiectorum delictum eſt, quod non clementia Principis medeatur. *Nou.129.in præf.*

Primum eſſe & maximum bonum omnibus hominibus credimus veræ & immaculatæ Chriſtianorum fidei rectam confeſſionem. *Nou.132.in princ.*

Nihil ſine via ad quæſtionem eſt imperio (i. nihil quidquam eſt de quo Princeps non ſit ſolicitus.) *Nou.133.in præfat.*

Neque enim viros mulierum ſtudia decent, neque rurſus virilia mulierum collegiis conueniunt.

niunt. *Nou.* 133. *c.* 3.

Multa ſunt humana, & nullus poteſt naturam ſic retinere, vt non peccet nihil, hoc enim proprium eſt ſolúm Dei. *Nou.* 133. *c.* 5.

Mens fruſtrà (i. otio) vacans, nihil bonorum parit. *Nou.* 133. *c. vlt.*

Malè adinuenta, malæque cõſuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa conſuetudine confirmantur. *Nou.* 134. *c.* 1.

Oportet nos humani generis infirmitatem protegere. *Nou.* 134 *c.* 13.

Vnicuique integrum eſt his quæ ipſi à lege data & conceſſa ſunt, renuntiare. *Nou.* 136. *c.* 1.

Nihil in rebus mortalium perinde venerandum eſt, atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omniſque deinceps ſobolis ſeries exiſtat, quod regiones atque ciuitates frequentes reddat:

vnde denique optimæ Reipubl. coagmentatio fiat. *Nou.* 140. *in præfa.*

Eos qui violento affectu odioque ſemel correpti fuerint, perquàm eſt difficile ſanare. *Nou.* 140.*inf.præfat.*

Legis interpretationem culmini tantùm Principali competere, nemini venit in dubium: cùm promulgandæ quoque legis autoritatem fortunæ ſibi vendicet eminentia. *Nou.*143.*in præf.*

Nullus miſericordiam petens ſine actu à facie Principis recedere debet. *Nou.*147.*in præfat.*

FINIS.

SERIES
DIGESTORVM
&
CODICIS.

I. G. IC.

Iuris Studiosis.

REM non nouam *aggredi, laborémque perexiguæ vtilitatis sumere me quis hoc cœpto putet: Ego verò contrà sentio, rémque hanc vti summæ vtilitati deputo, ita noui operis famam aliquam mereri pertendo.* Vtilitatem *eius, cùm alia commendant, tùm istud potißimum, quòd cùm Iuris studium vsum triplicem potißimum habeat: de iure inquam disserere, Paratitla Iuris digerere, de Iure denique respondere: in his sanè omnibus perspecta semel titulorum series & continentia vtram-*

que penè paginam efficiat. Quis enim non passim hodie videt, quot Disputantibus *remora obÿciantur, quàm multa diffluere, quam inaniter reciprocari oporteat, interea dum mens titulo peruestigando, eiúsque sententiæ eliciendæ intenta, sese bona fide in alia simul explicare nequit? Ausim dicere potissimam horarum partem his sæpè non sine rubore absumi. Rursum quis nescit, ad eximium illum* Paratitlorum *usum, non illum dico, quem falso titulo hactenus ementiuntur Paratitlon scriptores, verùm genuinum illum, quem Iustinianus præscripsit, quem Græci exemplo suo firmarunt, quem Leunclauius prodidit, quoties videlicet ex aliis titulis alÿ replentur (id enim est παράτιτλον) unicè conferre titulorum seriem & continentiam*

in

in numerato habere? Ausim dicere, potissimam priuati studij partem perire, nî hoc agas, nî hoc scias. Tandem quis nescit, de Iure Respondentibus *quantum intersit scire cuiusque tituli vel minimi continentiam, & sic cuiusque materiæ sedē, vnde neque flexa neque falsa Oracula sua, si quando vsus tulerit, promere possint: ne alioquin indices, & sæpè frustra perrepere: ne aliorum scripta compilare cum propria famæ iactura necesse sit? Sanè clientum multi hâc causa*

Inconsulti abeunt, sedémque odére Sibyllæ:

Ausimque dicere, hanc potissimā fermè tot inanium & flexiloquarum Consultationum causam. Quæ cùm ita sint, Iuris Studiosis auctor esse soleo, vt vna cum Institutionibus

ante omnia breuem titulorum, qui per Pandectas & Codicem, cognitionem sibi comparasse velint: iuxta vsui futuram, siue ad priuata studia concedant, siue foro sese immergant, vt fermè hodie cruda studia in forum propelluntur, spésque suas multi ambitione donant.

Id deinceps quamplurimis vt persuadere possem, visum est, nouam hanc seriem concinnare, ad eum modum, vt ne infra, vel supra modum consisteret: Et ad id eò libentiùs pertractus sum, quòd viderem complurimos titulos nullo satis commodo vinculo hactenus superioribus copulari, imò Triboniani incogitantiam, oscitantiam vbique perstringi. Quid enim aliud fit, cùm vulgò dicitur, titulum Nautæ, caupones, *itémque titulum* de Publicanis, *nonnisi sola*

vocis

vocis ambiguitate & homonymia cum superioribus cohærere? Quid aliud faciunt hi, qui titulum ad l. Rhodiam de iactu, *ioculariter titulo* de exercitoria actione *velut scapham naui cohærere scribunt? Item quid aliud faciunt, qui actionum species a* lib. 9. Dig. *& deinceps miscere confundunt, vnáque specie emensa ad eandem ex interuallo mox redeunt? Liquebit etiam ex hac serie, quàm verum sit illud, quod tanto nisu adstruere conabantur, nullos esse in iure titulos generales. Imò quàm fædus sit error eorum, qui nullam omnino Ordinis rationem reddi posse putant. Iucundum erit, & illud videre, quod vulgò hactenùs insuperhaberi dolendum est, quæ sit trium posteriorum librorum Codicis continentia; quibus*

alioquin iuris publici tractatus continetur. Viderint, qui aliter ſentiunt: Ego quid ſentiam fortè aliàs dicam prolixiùs, quando etiam repetita prælectione hanc ipſam ſeriem (nam hæc penè mihi ſubducta fuit) maturiùs recoctam edere dabitur. Hac prima interim macte eſtote, & Valete.

DIGESTORVM
SERIES.

PARTES VII. Digestorum, & quid singulis earum contineatur.

PARS I. continet libros 4. priores,
de PRINCIPIIS Iuris lib. 1.*t*.1.2.3.4.5.6.7.8.
de PRÆPARATORIIS Iudiciorum *lib*.1. *à t*. 9. *ad fin.lib*.2.3.
de RESTITVTIONIBVS & RECEPTIS. *lib*.4.
PARS. 2. continet libros 7. puta 5.6.7.8.9.10.11.
de IVDICIIS ordinãdis, & Actionibus, seu cõtrouersiis, in quibus agitur de DOMINIO *lib*.5. 6.7.8.

de

de DAMNO DATO. lib. 9.
ex REIIPSIVS natura.lib.10.
ex NVDO FACTO. lib.11.

PARS. 3. constat libris 8. puta 12.13.14.15.16.17.18.19.

DE REBVS CREDITIS.

PARS 4. constat libris 8. nempe libr.20.21.22.23.24.25.26.27.

de ADMINICVLIS rerum creditarum,lib.20.21.22.
de NVPTIIS.lib.23.24.25.
de TVTELIS.lib.26.27.

PARS 5. constat libris 9. puta lib. 28. 29. 30.31. 32.33.34.35.36.

de TESTAMENTARIA successione.

PARS 6. constat libris 8. puta libr. 37.38.39.40.41.42.43.44.

de SVCCESSIONIBVS Prętoriis & legitimis libr. 37.38.

de DAMNO imminente. de VECTIGALIBVS. de DONATIONIBVS lib. 39.
de STATVS causis. libr. 40.
de TITVLIS dominij possessionis. lib. 41.
de EXECVTIONE. lib. 42.
de INTERDICTIS. lib. 43.

Hactenus de actionibus.

Nunc de EXCEPTIONIBVS.
Tum de Iure OBLIGATIONVM. lib. 44.
PARS 7. constat libris 6. puta lib. 45. 46. 47. 48. 49. 50.
Porrò de OBLIGBTIONVM iure agitur lib. 45. 46.
de PRIVATIS delictis & EXTRAORDINARIIS criminibus lib. 47.
de PVBLICIS iudiciis & criminibus lib. 48.

de-

de APPELLATIONIBVS. } lib. 49.
de FISCI iure. }

de MVNICIPALI iure. }
VERBA iuris. } lib. 50.
REGVLAE iuris. }

IVRISPRVDENTIA Romana, seu vniuersa Iuris Ciuilis cognitio, sex partibus absoluitur.

1. Finis vltimi, aliorúmque quorundam iuris Principiorum cognitione.
2. Origine.
3. Speciebus.
4. Subiectis.
5. Verborū significatione
6. Regulis iuris generalibus.

PARS PRIMA

DIGESTORVM, QVÆ τὰ πρῶτα vocatur, constat libris 4. prioribus.

de PRINCIPIIS *iuris lib.*1.*t.*1.2.3.4.5.6.7.8.
de PRÆPARATORIIS *iudiciorum lib.*1.*à t.*9.*ad f.* & *lib.*2.3.
de RESTITVTIONIBVS & *Receptis lib.*4.

LIBER I.

DE PRINCIPIIS IVRIS, & DE MAGIstratibus.

1. F*Inis*, Iuris eſt Iuſtitia. de quâ vt & aliis iuris Principiis

cipiis agitur *Titu.* 1.*de Iustitia & iure.*

2. *Origo* Iuris, Magistratuum, & successio Prudentum pertractatur *Titu.* 2. *de orig. Iur.*

3. *Species* seu partes Iuris Romani, simul & causa efficiens sunt, Leges, Senatusconsulta, Longa consuetudo. *Titul.* 3. *de Legibus, Senatusconsultis & longa consuet.* Item Constitutiones Principum, *Tit.* 4. *de Constit. Princip.*

4. *Subiecta* vel *obiecta* Iuris tria & his Pãdectis pertractãtur, Personæ, Res & Actiones, & quidẽ distinctè. *Personæ*, ratione Status publici, sunt vel liberæ vel seruæ: Item Ciues vel Peregrini, &c. *ti.* 5. *de sta. ho.* Ratione status priuati seu familiæ, alij sunt sui iuris, i. patresfamilias, alij alieni, vt ser-

ui familiares&filiifamilias *t.6. de his qui sui vel alie. iuris.* Qui filiifamilias cõstituuntur, non modo iustis nuptiis, verũ etiã legis actione,i. adoptione, & retrò variis modis patria potestate liberãtur, *t.7. de adopt. & emãcipationibus & alijs modis quibus potestas soluitur.*

2. *Res*, de quarum diuisione & qualitate agitur *tit. 8. de diuisione rerum & qualitate.*

3. *Actiones* (hinc enim Actionũ tractatus incipit) In Actionib. primo loco cõsiderãdus est MAGISTRATVS ius dicturus, seu à quo actio impetrari & coram quo institui debeat. Cęterum quæ de *Magistratibus* (quomodo ad Alexand. Seueri tempora hisque proxima fuêre) hoc libro tractantur, ad 4. capita referuntur. Primùm, *Seminarium* Magi-

1.

Magiſtratuum, quod eſt ordo Senatorius, *Titu.9.de Senatoribus*, quo titulo non agitur de decretis ſeu iudiciis Senatus (vt nonnulli tradunt, verùm de Senatoria dignitate. Secũdò *Genera* Magiſtratuum. Alij ſcil. erant Vrbani, alij vero Prouinciales. Vrbani erant, qui domi, ſeu in vrbe, Rempub. adminiſtrabant : & horum alij cum imperio, puta Conſules, quibus præter voluntariam iuriſdictionem & honorẽ Faſtis nomina dandi. hoc æuo pauca relicta, *Titul. 10. de Officio Conſulis.* Præfecti Prætorio, qui ſcil. aulicæ diſciplinæ præpoſiti erant, *Tit.11. de Offic.P.P.* Præfectus Vrbi, qui Vrbicæ quieti & ſaluti in Vrbe Roma, tum etiam ad centeſimum vſque miliarium præerat, & cuius notio erat de

omnibus criminibus. *Tit.* 12. *de Officio P.V.* Sine imperio erant Quæstores, qui conquirendæ, seruandæ, erogandæ publicæ pecuniæ præerant. *Titul.* 13. *de Officio Quæstoris.* Prætores, ad quos Iurisdictio ciuilis pertinebat. *Tit.* 14. *de Officio Pratorum.* Extra ordinem ius dicebat Præfectus Vigilum, qui Ciuitatis securitati præerat quà diurnę quà nocturnæ ab incendiis, & effractorib. *Titul.* 15. *de Offic. Præf. Vigil.*

Prouinciales Magistratus, qui foris in prouinciis Rempub. administrabant cum imperio, erant Proconsules, qui quidem olim mittebantur in prouincias Senatus Populique Romani. His dabantur Legati, quibus suam iurisdictionem mandarent. *Titu.* 16.

de

de officio Proconſ.& Legati. At in Cæſaris prouinciis, ac nominatim in Ægypti prouincia Præfectus Auguſtalis erat, *titul.17.de officio Præfect. Auguſtalis.* In cæteris prouinciis Principis, erant olim Præſides ſeu Legati Cæſaris, *tit.18. de offic.Præſidis.* At Fiſcalibus cauſis in prouinciis Procurator Cæſaris vel Rationalis præerat. *Tit.19.de off.Procura. Cæſaris vel Rationalis.* In vrbe denique Alexandrina (quæ erat velut altera Roma) ad inſtar Præfecti Vrbis, Romæ erat peculiaris Magiſtratus, qui dicebatur Iuridicus, *Tit. 20.de officio Iuridici.*

Tertiò, Magiſtratus ius dicebat vel per ſe, vel per aliũ, cui videlicet iuriſdictionem ſuam (non tamen ſpecialiter *lege* delatam) mandaſſet. *Tit.*

21. *De officio eius cui mandata est iurisdictio.*

Quartò, Adsessores suos habebant Magistratus qui iuris peritiam sibi suggererent, quãdoquidem ipsi Magistratus arma magis quàm iura plerumque nossent, *Tit. 22. de officio Adsessorum.*

LIBER II.

DE IVRISDICTIONE, & dein Ius vocando.

QVintò, in actionibus modus Iurisdictionis Magistratus cuique competentis attendendus est, & cui subiectus sit is quem conuenire volumus. Cauendum illud inter cætera Magistratui ne sibi aut suis, ne maiori aut æquali, ne extra territoriũ, ne supra iurisdictionem (nisi partium

tium

tium conſenſu)ius dicat. *Tit. 1. de Iuriſdictione.*

Item ne ius nouum (iniquum) ſtatuat, eodem alioquin iure pariter cum eo qui impetrauit, ſi dolo id fecerit, vſurus. *Tit. 2. Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit vt eodem ipſe vtatur.* Item pœnali iudicio iuriſdictionem ſuam tueri poteſt Magiſtratus. *Titu. 3. Si quis ius dicenti non obtẽperauerit.* Et hæc de Magiſtratibus.

II. IN IVS VOCATIO. (munita iam Magiſtratus iuriſdictione) ſecundum eſt in actionibus caput ſeu momentum, prœliíque adeò forenſis ſignũ. Hac parte hæc regula obtinet, vt ex quacunque cauſa in ius vocatus ad eum qui iuriſdictioni præeſt venire debeat. Lex XII. Tab. *Si in ius vocat, atque* (i. ſtatim) *eat. Titul. 4. de*

in Ius vocando.

Excipiuntur ab hac Regula sequentes sex casus, seu exceptiones. *Primò*, si in ius vocatus sit qui vocari non debuit, i. qui iure non potuit, veluti parens & patronus, &c. *Tit.* 5. *Si quis in ius vocatus non ierit, siue quis eum vocauerit quem ex edicto non debuerit.* *Secundò* si reus idoneè satisdet vel caueat. Quod etiam lege 12. Tabular. cautum fuerat *Tit.* 6. *in ius vocati vt eant, aut satis vel cautum dent.* (Caueri scilicet oportebat, non etiam vi eximi reum: alioquin eximens pœnali iudicio tenebatur. *Tit.* 7. *Ne quis eum qui in ius vocabitur, vi eximat.*) Porro alij satisdare debebant vel fideiussoribus datis vel iuratò tantum promittebant (vt personæ clarissimæ) alij nudæ suæ

suæ promissioni committebantur (puta rerum immobilium possessores) *Titu.8. Qui satisdare cogantur, vel iurato promittant, vel suæ promissioni committantur.* Si autem serui nomine noxalis actio intentaretur, dominus seruum sisti iudicio promittebat, & quidem in eadem causa, *Titu.9. si ex noxali causa agatur, quemadmodum caueatur.* Et tamen si postea per tertium aliquem factũ fuerit, quo minus quis secundùm cautionem præstitam iudicio sistatur, tam reus quàm fideiussor excusantur. *Titu.10. de eo per quem factum fuerit, quo minus quis in iudicio sistat.* 3.Item excusabatur vocatus in ius si ex sontica causa morbo in iudicio non stitisset. *Tit.11. si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis*

non obtemperauerit. 4. Item si Iustitium esset. (i. si feriæ intercederét) vel si dilationem quis impetrasset. *Titul.* 12. *de ferijs & dilationibus.* 5. Item excusabatur, si actor actionem non edidisset, i. si actor non demonstrasset reo, qua actione experiri vellet. *tit.* 15. *de edendo.* 6. Denique excusatur reus, si interea de re vel negotio Pacti fuerint inter se litigatores, quod honoraria fermè amici opera intercedente fiebat. Quis enim de pœna laboret post transactum negotium, Lex XII. Tab. *Rem vti pacunt, orato. Tit.* 14. *de pactis, & titul. vltim. de transactionibus.*

LIBER

LIBER III.

DE CAVSAE CONiectione, Ac primùm de Personis quæ liti superſunt.

III. CAuſæ coniectio, ſiue litis apud magiſtratum conteſtatio; tertium eſt momentum in actionibus, quando videlicet iam Prætor de ipſo negotio cognoſcit i. cognitionem ſuam & audientiam præbet. *Lex* 12.*tab. Ni ita pacunt, in comitio aut in foro ante meridiem cauſam conſcito, cùm perorant ambo præſentes, &c.* Qua parte ſpectāda ſunt duo: *Perſonæ liti ſubſiſtentes* & *Cauſa* adeundi Prætoris. Ad litem ſcil. conteſtandam, ad negotium tractandum, variæ perſonæ interueniunt Poſtulatores, Aduocati, & de his eſt *Ti.*

1. *de postulando*. *Postulare* enim est desiderium suum vel amici sui in iure exponere, vel alterius desiderio cõtradicere) Porrò non omnibus postulare & aduocatis esse licet. Neque enim infames aduocationis munere fungi possunt: quò pertinet *titul.* 2. *de his qui notantur infamia*. Præter Aduocatos sunt & aliæ personæ quæ liti peragendæ supersunt: putà Procuratores & Defensores: illi actorum, hi reorum. *tit.* 3. *de procuratorib. & defensorib.* Neque tantùm priuatorum sunt Procuratores seu actores, verùm etiam Vniuersitatum, (i. Societatum Collegiorum, corporum) qui quidẽ Procuratores *Syndici* vocantur. *tit.* 4. *Quod cuiusque vniuersitatis nomine, vel contra eam agetur*. Et hi quidem omnes

mnes ex mandato voluntarij: quippe qui ſine mandato ſeu vltrò alienis negotiis & litibus interueniunt, *negotiorum geſtores* dicuntur, *titu.5. de negotijs geſtis.* Ab his autem omnibus calumnia abeſſe debet: quæ cauſa eſt cur *Tit. vltimus de calumniatorib.* hîc ſubiiciatur.

LIBER IV.

DE CAVSIS ET litibus ex quibus Magiſtratus aditur, ac primùm de Reſtitutionibus *&* de Receptis.

I.

C*Auſæ*, lites, controuerſiæ, ex quibus Prætor aditur, ſunt vel ciuiles vel pœnales ſeu criminales. *Ciuiles* ex obligatione aliqua ciuili. Ciuili-

ter ſcilicet hoc agebatur apud Prætorem, vel vt 1. Reſtitueret rem actionémve. 2. Recepta præſtari iuberet. 3. Iudicium conſtitueret. 4. Executionem præberet. 5. interdiceret. 6. Exceptionem daret. 7. de iure Obligationis cognoſceret.

In integrum reſtitutionum (de quibus agitur generaliter *titul.* 1. *de In integrum reſtitutionibus.*) cauſæ hæ fermè ſunt. Metus. *tit.* 2. *Quòd metus cauſa geſtum erit* 2. Dolus malus. *tit.* 3. *de dolo malo.* 3. Ætatis lubricũ (l. ætas minor 25. annis.) *tit.* 4. *de minoribus* 25. *annis.* 4. Capitis minutio: Capitis enim diminutionem minimam paſſus ſi quis eſſet (i. ſi quis poſt contractum habitum poſtea emancipatus fuiſſet, vel vice verſa cùm ſui iuris eſſet, adrogatus fuiſſet) ſtricto iure actiones

ctiones quæ ei & aduersus eũ competebant, extinguebantur, veluti iam alia persona cõstituta: Ideóque à Prætore actio restituebatur, perinde ac si id factum non fuisset. *titu.5. de capite minutis.* 5. Maiores quoque 25. annis quandoque ex quibusdã causis restituuntur, veluti propter iustam absentiam, item propter casus aduersos. *tit.6.ex quibus causis maiores 25. annis in integrum restituantur.* 6. Alienatio iudicij mutandi causa facta, causa est in integrum restitutionis. *titu.7.de alienatione iudicij mutandi causa facta.*

II. Secunda causa, ob quam cognitio Prætoris postulatur est, *Receptum*, vt id præstari iubeat. *Receptum* est, cùm quis libera voluntate & arbitrio officio priuato vel publico

græcis

gratis factum siue faciendum aliquid in se recepit. Hoc enim casu Prætor receptā rem præstari vel reddi iubebat: Veluti si quis arbitrium in se recepisset, sententiam dicere susceptóq; officio fungi cogebatur à Prætore, *titul. 8. de receptis qui arbitrium receperunt vt sententiam dicant*, Secunda species recepti proponitur, *tit. vlt. Nautæ, caupones, stabularij, vt recepta restituant.*

PARS

PARS SECVNDA DIGESTORVM.

CONSTANS LIBRIS septem, de IVDICIIS, *& Actionibus de* DOMINIO *lib.* 5. 6. 7. *ex* DAMNO DATO *lib.* 9. *ex* REI *ipsius* NATVRA *lib.* 10. *ex* FACTO *nudo. lib.* 11.

LIBER V.

DE IVDICIO CONstituendo, & de DOMINIO vniuersali.

TErtia causa, ob quam cognitio Prætoris postulatur, est, vt in verba litis ius componat, id est, vt iudicium ordinet, vel iudicem dando vel cognitionem sibi vindi- III.

cando. *Iudicium* igitur lata ſignificatione hic accipitur, etiam pro cognitione Prætoria, non modò pro notione Iudicum pedaneorum. Iudicium eſt legitima controuerſiæ apud Iudicem tractatio & diiudicatio. *Tit.1. de iudicijs & vbi quiſque agere vel conueniri debeat.*

Lites autem, ſeu controuerſiæ & notiones ciuiles varij generis ſunt, ſeu ex variis cauſarũ figuris deſcendũt. Primũ genus eſt de *Dominio*. Dominium porro eſt vel vniuerſale vel ſingulare. *Vniuerſale Dominium* voco, quod in iure iuriſve intellectu cõſiſtit, qualis eſt hæreditas. Liberis ſane & parentibus fruſtrà exhæredatis vel præteritis quandoq; neceſſaria peculiaris actio hęreditatis nomine cõpetebat, iuris

puta querela inofficiosi, *titu. secundò, de inofficioso testamento.* Alioquin in vniuersum ad hæreditatem auocandam, quæ vel ex testamento, vel ab intestato competit, hæreditatis petitio instituitur, *titu. 3. de hæreditatis petitione.* Etiamsi quis hęreditatis tantùm partem petat. *titu. 4. Si pars hæreditatis petatur.* Item non hęredi tantùm hæreditatis petitio datur, sed & bonorum possessori. *titu. 5. de possessoria hæreditatis petitione.* Deniq; cõpetit & ei cui restituta est ex fideicommisso hæreditas. *titul. vlt. de fideicomm. hæredit. petitione.*

LIBER VI.

DE DOMINIO SINgulari rei corporalis.

SIngulare dominium *est singularis rei siue corporis siue*

iuris dominium. Huiusmodi autem res sunt vel corporales vel incorporales. Corporalium rerum vindicatio dicitur propriè *rei vindicatio*, quæ quidem rei vindicatio vero domino cōpetit. *titul.* 1. *de rei vindicatione.* Nam bonę fidei possessori peculiaris actio à Prętore accommodatur, quæ Publiciana in rem actio dicitur. *tit.*2. *de publi. in rem actione.* Sed & emphyteutis (i. qui agros in perpetuū, vel ad tempus non modicum sub vectigalis præstatione conduxerunt) ad agrum vindicandum rei vindicatio competit: emphyteuta quippe etsi reuera dominus nōn sit, vniuersa tamē rei vtilitas ad eum spectat. *ti.vlt.si ager vectigalis*, i. *emphyteuticarius petatur.*

LIBER

LIBER VII.

DE DOMINIO SINgulari rei incorporalis, ac nominatim De VSVFRVCTV, &c.

INcorporalium rerum ſingularum vindicatio eſt, quâ res ſingulares in iure conſiſtentes vindicantur, & ſunt ſeruitutes. *Seruitus* autem eſt vel perſonalis vel realis. *Perſonales* ſeruitutes ſunt, cùm res veluti fundus, aut ſeruus perſonæ ſeruit. Eius generis ſunt, Vſusfructus Operę ſeruorum, vſus & habitatio.

1. *Vſusfructus* ſanè variis modis acquiritur. *tit.* 1. *de vſufructu.* Et quandoque etiam iure adcreſcendi. *titu.* 2. *de vſufructu adcreſcendo.* Et ſemel ab adita hæreditate ſtatim adquiritur, ſi purè ſit legatus. *tit.* 3. *Quando dies vſusfructus legati cedat.* Viciſſim amittitur certis modis.

titul.4. Quib.mod.vsusfructus amittat. Et in his, rei ipsius interitu: nisi vsusfructus sit earum rerum quæ vsu consumuntur, idque remedio cautionis.*tit.5. de vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur vel minuuntur.* Actio porrò, qua vsusfructus petitur, vel est confessoria, vel negatoria. *titul. 6. si vsusfruct. petatur, vel ad alium pertinere negetur.*

2, *Operæ* quoque *seruorum* speciem seruitutis personalis, imò & vsusfructus, obtinent, *tit.7.de operis seruorum.*

3. *Vsus* item & habitatio, *ti.* 8.*de vsu & habitatione.* Omnibus autem his seruitutum speciebus commune est, vt is cui constitutę sunt, caueat, sese vsurum, fruiturum boni viri arbitratu, & finito iure possessione cessurum. *Titu.vlt.vsufructuar. quemadm.caueat*

LIBER

LIBER VIII.
DE SERVITVTIBVS prædiorum.

PRædiorum, seu reales, *seruitutes*, (quæ propriè *seruitutes* dicuntur & absolutè) sunt qualitates, quibus res rebus, puta prædia prædiis seruiunt. Et de his in genere agitur *tit.* 1. *de seruitutibus.* Sicut autem prædia sunt vel vrbana vel rustica, ita seruitutes aliæ sunt prædiorum vrbanorum. *Tit.* 2. *de seruitutib. prædior. vrban.* Aliæ rusticorum, *Tit.* 3. *de seruit. præd. rustic.* Quæ licet ita distinguantur, communia tamen pleraque inter se habent, *Tit.* 4. *communia prædior. tam vrba. quam rusti.* Certè eodem modo vindicantur, confessoria vel negatoria actione, *tit.* 5. *si seruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.* Et vtra-

que certis modis amittitur. *tit. vlt. quemadm. seruitutes amittuntur.*

LIBER IX.

Secundum genus actionum ciuilium de DAMNO DATO.

SECVNDVM genus causarum seu litium est *damni alicuius dati nomine.* Damnum autem datur vel à quadrupede, *Tit.1. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur:* vel à libero homine, & id *damnum iniuria* dicitur, & vindicatur lege Aquilia, *tit. 2. ad l. Aquiliam.* Cui similis est & ad superiorem accommodata actio aduersus eos qui quid effuderint vel deiecerint in liberum videlicet hominem, *Titul.3. de his qui effuderint vel deiecerint.* Vel denique à seruo damnum datur, quam in rem Noxales actiones proditæ sũt.

Tit.

Tit. vlt. de noxalibus actionibus.

LIBER X.

Tertium iudiciorum ciuilium genus, quæ ex REI IPSIVS NA*tura oriuntur.*

TERTIVM actionũ ciuilium genus descẽdit *ex Rei ipsius natura*, seu *natura ipsius facto*; quæ inter aliquos, citra consensum, aut delictum, obligationem, atq; adeo actionem constituit. Huius generis est *Vicinia*, quæ inter confines producit actionem finium regundorum, *Titu.* 1. *finium regundorum.* Huius item generis est *Communio*, siue societas inuolũtaria, tractatu non habito, in quam incidunt quidam, non affectione societatis consentiunt. Quæ ratio duas actiones producit, puta Actionem Fa-

miliæ ercifcundæ, inter cohæredes videlicet ad res hæreditarias diuidendas, *tit. 2. familiæ ercifcundæ.* Item, actionem Communi diuidundo, inter alios inter quos aliunde res communis eſt, *tit. 3. communi diuidundo.* Poſtremò huius generis eſt, ſola *intereſſe* alicuius in ipſa re ratio: veluti quia rem aliquam vindicaturis nobis intereſt rem exhiberi, *titu. vlt. ad exhibendum.*

LIBER XI.

Quartum genus litium ſeu cõtrouerſiarum ciuilium, de NVDO HOMINIS FACTO *citra damnum in corpus datum.*

QVARTVM genus actionũ ciuilium eſt, de *Nudo hominis facto aliquo*, vt citra conſenſum, ita & citra damnum in corpus datum. Factum autem huiuſ-

huiusmodi nudum est, vel legitimum, vel illegitimum, vel religiosum.

1. *Legitimi facti*, & quidem iudicialis, actionem producentis, duæ species hoc libro tractantur. Prima est, interrogatio in iure facta: Nam si quis interrogatus in iure, anne fieret author, & qua ex parte, (id est, an & quatenus sit ille à quo actor ius suum consequi possit) si inquam interrogatus responderit, ex hac interrogatione nascitur actio, quæ interrogatoria dicitur. *tit. 1. de interrogationibus in iure faciendis & interrogatoriis actionibus.*

Altera species facti iudicialis est, si lis communis pluribus apud vnum iudicem agi cepe-rit: Nam ne continentia causæ diuidatur, & ne variè iudicetur, apud eundem Iudicem rem agi oportet, *titul. 2. de quib. rebus*

ad eundem iudicem eatur.

2. *Illegitimi facti* sine damno corporali species hæ notentur quarum nomine actio competit, Si corrupti serui alieni mores fuerint. *titu.* 3. *de s. ruo corrupto* Si fugitiuus seruus receptus seu celatus fuerit. *tit.* 4. *de fugitiuis.* Si aleatoribus domum quis suam ad ludendum præbuerit, vel ludendi causa vis facta fuerit, *titu.* 5. *de aleatoribus.* Denique si modus falsus à mẽsore renuntiatus fuerit. *titul.* 6. *si mensor falsum modum dixerit.*

3. *Religiosum* factum nudum, vt & irreligiosum, obligationẽ & actionem ciuilẽ quãdoque parit, veluti si quis mortuum intulit in locum, quo non erat ius. Item si quis sumptus fecit in alienum funus, vel si quis prohibuit funus duci, *Tit.* 7. *de religiosis & sumptibus funerum, & vt funus ducere liceat.* Item si

quis

quis prohibuit mortuum inferri, quò ius erat, vel denique, si quis sepulchrum ædificari prohibuit. *Tit.vltim.de mortuo inferendo & sepulchro ædificando.*

PARS TERTIA Digestorvm.

DE REBVS CREDITIS.

Constans libris 8. *putà lib.* 12.13.14.15.16.17.18.19.

LIBER XII.

DE CERTI PETItione certæ æstimationis.

Qvintvm genus controuersiarum ciuilium est *Crediti* nomine, seu ob negotium gestum. Est autem *Credi-*

tum, quoties alienam fidem secuti alicui rei adsentimur. Creditum porrò duplex est, vel Rerum, vel Personarum. *Rerum creditum est*, cùm res aliqua interuenit ad obligationem & actionem constituendam. Atq; hoc est huiusce partis argumentum.

Rebus autẽ creditis, vel certũ aliquid petitur, vel incertum,

I. CERTVM petitur cùm res vel quantitas, qua de agitur, certa est, & formula seu actione condicitur (id est designatur: vnde Cõdictiones dictæ certi petitiones, nã hoc sibi vult cõdictio (sic vt Iudex in his actionibus reum in id omninò quod petitur vel cõdemnandum vel absoluendum habeat. Certum autem istud rursum vel habet certam æstimationem, vel habet incertam.

Certa æstimatio seu *certi conditio*

dictio est *mutui* seu pecuniæ creditæ, vtpote cùm pecuniæ publica sit solennísque æstimatio, vna & eadem potestas, *Titui.* 1. *de rebus creditis, si certum petetur, & de certi condictione.* Item certa est æstimatio rei debitæ ex iureiurando decisorio *titul.* 2. *de iureiurando*: Ac maximè, si in litem iuratum fuerit, quod iusiurandum nihil aliud est, nisi litis seu interesse ab actore facta æstimatio, *tit.* 3. *de in litem iurando.* Denique certa æstimatio est *promutui*, i. quod est instar mutui, seu quod ex causa vel sine causa promissum vel datum apud alium residet. *Ex causa*, inquã, vel futura, vel quasi præsente: Futurâ, i. ob rẽ vel finem aliquem honestum vel turpem: Si ob finem honestum res data vel promissa fuerit, causa non secuta, eius rei repetitio competit. *tit.* 4. *de condi-*

ctione causa data, causa non secuta. Si verò ob turpem causam datum vel promissum quid fuerit, & dantis vel promittentis turpitudo aliqua in ea re versetur, res condici non potest: Si verò solius accipientis turpitudo versetur, potest, *titu. 5. de condictione ob turpem vel iniustam causam.* Quasi ex præsente causa seu quasi existente, cùm tamen reuera nulla esset, siquis quid promiserit aut dederit, indebiti condictio competit. *tit. 6. de condictione indebiti.* Postremùm condictio competit, si sine causa res data vel promissa fuerit. *tit. vlt. de condictione sine causa.*

LIBER

LIBER XIII.

DE CERTI PETItione incertæ æstimationis, & mixta: & de INCERTI *petitione ex contractibus*, Vnius principaliter vtilitatem *continentibus*.

2 I*Ncertæ æstimationis certi petitio* eſt, quoties res quidẽ libello certa petitur, varia tamẽ admodum & incerta eius rei æſtimatio eſt. Huius generis ſunt quatuor ſequẽtes cõdictiones. 1. *Condictio furtiua*. Nam cum domino ſingulari odio furum ad litis ſeu rei furtiuæ æſtimationem competat, in ea actione in litem iuratur, *tit.*1.*de condict. furtiua.*

2. Item *Ex lege condictio* incertam æſtimationem continet. Nam cùm condictio ex lege competat, quoties actio no-

minatim lege aliqua non est expressa, actionis autem genus sit incertum & varium, incertam etiam æstimationem esse oportet. *tit. 2. de condictione ex lege.*

3. Huius generis est etiam *Condictio triticiaria.* Nam cùm alia atque alia cæterarum præter pecuniam numeratam specierum æstimatio sit, ad æstimationem res necessariò deducitur: atque hæc est condictio quæ triticiaria dicitur, à tritico videlicet specierum potissima seu insigniore. *titul. 3. de condictione triticiaria.*

4. Denique, *Condictio eius quod certo loco dari debuit*, incertam æstimationem continet. Nam cùm commemoratio eius loci quo dari debuit, item loci quo dari petitur, in libello fiat, varia autem sint rerum per singulas ciuitates pretia, & pecunia quoque alibi locorum facilius

lius & leuioribus vsuris inueniatur, alibi verò difficilius & grauioribus, arbitrio iudicis hoc omne æstimandum venit, vnde hæc condictio, *actio*, *arbitraria* dicitur. *tit.* 4. *de eo quod certo loco dari oportet.*

3. *Modo certæ modo incertæ æstimationis* certum petitur, ex eodem actionis genere, puta de pecunia constituta, id est citra stipulationem pro se vel alio iam obligato promissa in diem locúmve plerumque certum. Nam in constitutum veniunt & aliæ species præter pecuniam numeratam. Et hæc est sententia *tituli quinti de pecunia constituta.*

II. INCERTI *petitio* est, cùm res quæ in libellum coniicitur, incerta est, puta quia ita concepta est formula: *Quicquid te mihi ex causa tali & tali dare oportet ex fide bona, &c.* Vnde bo-

næ fidei iudicijs nomen. Porrò cõtractus ex quibus incertum petitur, ſunt quinq; generũ,& ideò varias quoq; præſtationes ijadmittunt. Prima ſpecies horum contractuum eſt, quando *Vnius principaliter è cõtrahentibus* negotium geritur; veluti in commodato, quod commodatarij potiſſimùm cauſa datur, *tit.6.commodati,vel contra.* Item in pignore, quod creditoris potiſſimùm causà datur, *tit.vlt.de pigneratitia actione, vel contra.*

LIBER XIV.

DE CONTRACTIBVS, quibus alterius quàm contrahentis negotium geritur.

2 SEcunda ſpecies cõtractuũ ex quib. incertum petitur, eſt eorum, quibus *alterius quàm contrahentis negotium geritur.* Veluti.

Veluti, *Exercitoris*, i. eius qui nauem exercet. Nam si à magistro nauis (i. eo qui naui præpositus est) negotium fuerit gestũ, in ipsum exercitorem (i. dominum) actio transfertur, *Titul.1.de exercitoria actione.* Item *Vectorum*, (id est eorum qui eadem naui vehuntur) à conuectore vel magistro negotium quandoque geritur: Ei quippe qui se maris incerto credidit (vt loquitur Rutilius inter alios) mox maritima tempestate oborta inclementi fortunæ cohibendæ cum ventis decidit (vt ad rem loquitur Iuuenalis *Satyra* 14. Sicut Seneca 4.*Nat.6.*cum grandine pacisci) iactu videlicet merciũ suarum facto: in conuectores actio datur ad agnoscendam iacturæ partem, vt quod pro omnibus datum est, omnium contributione sarciatur: Et hæc est sententia

tentia & connexio *tituli 2. de lege Rhodia de iactu*. Tertiò, *Negotiatoris* ab Institore, i. eo qui præpositus est negotiationi cõtrahente negotium geritur, sic vt ex negotio institoris ei & in eum actio competat, *tit. 3. de institoria actione*. Quarto *Domini* & *Patris* negotium geritur, filiorum, seruorum, liberorum hominum possessorùm contractu. Qua tamen parte ita distinguendum est: Vel scientibus illis, vel nescientibus contrahũt, vel denique iubentibus. 1. Si *Sciẽtibus* in merce peculiari negotientur, eiúsque rei causa cũ his contractum fuerit, parentibus autẽ vel dominis à filiis vel seruis aliquid debeatur, quicquid in merce peculiari est, inter illos & creditores pro rata portione tribui. (i. diuidi) debet: vnde Tributoriæ actioni nomẽ *ti. 4. de tributoria actione*.

2. *Nes-*

2. *Nescientibus* his si quod cum his qui in eorum potestate sunt, negotium gestum erit, nulla actio datur, *titu.5. quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur.* Ac nominatim ex causa mutui filiusfamilias nec patrem neque se vllo modo obligat, ne quidem post mortem patris: Et hæc est sententia SC. Macedoniani: *titu. vlt. de S.C. Macedoniano.*

LIBER XV.

APPENDIX LIBRI superioris XIV.

SVperior regula de nescientibus dominis aut parentibus, vt in eos actio non detur ex cõtractu filiorum & seruorũ, duas exceptiones patitur. 1. Si peculium habeant: ad finem enim peculij pater & dominus tenetur.

tur.*titu.1.de peculio.* Item *titu.2. quãdo de peculio actio annalis est.* 2. Si in rem patris vel domini versum fuerit: Nam quatenus in rem versum est, actio in patrem vel dominum competit. *tit.3.de in rem verso.* 3. *Iubentibus* dominis vel patribus si filij aut serui contraxerint, in solidum patrem vel dominum obligant. *Tit.vlt.quod iussu.*

LIBER XVI.

APPENDIX ALTERA libri 14.} *Et de contractu, in quo* Vnius vtilitas *vertitur.*

DEbitoris certè cuiuscunq; negotiũ mulier inutiliter gerit, apud creditorem eius intercedendo: quæ sententia est Senatusconsulti Velleiani, *titu. 1. ad SC. Velleianum.*

Iudiciali quoque quasi contractu

tractu negotium alterius quãdoque geritur. Vt ecce, si cùm tibi essem obligatus, litem mecum contestatus fueris (atque ita iudicio quasi contraxeris *l.3.* *§.item scribitur.ff.de peculio*) rem meam omninò gesseris: Nam si tu vicissim obligatus mihi sis ex alia causa, quæres mihi exceptionem compensationis: Ac maximè negotium meum gesseris, si naturaliter tantùm mihi fueris obligatus, *titu. 2.de compensationib.*

3. *Tertia* species contractuũ ex quibus incertum petitur, est eorum, in quibus Vnius tãtum è contrahentibus negotium geritur: veluti in deposito. Dat enim depositarius beneficium in suscipienda re, *tit.vlt.depositi vel contra.*

LIBER XVII.

MIXTVS CONTRAstus, & contractus vtriusque vtilitatem etiam inæqualiter continens.

4 MIxtus cõtractus, ex quo incertum petitur, est mandatum. Fit enim mandatum modo vnius tantùm è cõtrahentibus, modo vtriusq; modo tertij alicuius gratia, *tit. 1. mandati vel contra.*

5. *Vltima* species contractuum, ex quibus incertum petitur, est eorum qui vtriusque contrahentium semper vtilitatem continẽt, & tamen vtilitas illa aliquando est inæqualis, quod in contractu societatis sæpè accidit. *tit. 2. pro socio.*

LIBER

LIBER XVIII.
DE EMPTIONE & Venditione.

Aequaliter vtriusque contrahentis vtilitas vertitur in quinque sequentib. contractuum speciebus. Primùm in *Emptione venditione*. Emptio autem & venditio contrahitur plerumque certis pactionibus & legibus, *titul.1.de contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & venditorem compositis.* Inter has conditiones est quandoque in diem addictio (i.vt si melior conditio intra certum tempus adferatur, ab emptione discedatur) *titu.2.de in diem addictione.* Item Lex commissoria, (i.vt si ad diem pecunia soluta non sit, res committatur, id est, res ad venditorem redeat) *tit.3. de lege commissoria.* 2. Sed & nō

tantum res corporales ſed & incorporales venduntur, veluti hæreditas & actio, *tit. 4. de hæreditate vel actione vendita.* 3. Perfecta etiam quandoque venditio reſcinditur certis caſibus, & ab ea impunè recedere licet. *tit. 5. de reſcindenda venditione, & quando liceat ab emptione diſcedere.* Alioquin perfectæ venditionis effectus hic eſt. 1. Vt periculum & commodum rei venditæ ſtatim ad emptorem tranſeat, *ti. 6. de periculo & commodo rei venditæ.* 2. Vt emptor legem dictam quamcunque impleat. Veluti ſi venditus fuerit ſeruus ea conditione à domino vt ne manumitteretur vel vt exportaretur, *tit. vltim. de ſeruis exportandis, vel ſi ita mancipium venierit vt manumittatur vel contra.*

LIBER

LIBER XIX.

DE EMPT. ET VENdit. & de cæteris speciebus contractuum in quibus vtriusque contrahen. vtilitas æqualiter vertitur.

Tertius effectus venditionis perfectæ est, *Actio empti venditi*, quæ venditori competit aduersus emptorem, ad pretium, eiúsque tardius soluti vsuras accipiendas. Et vicissim emptori aduersus venditorem ad rem emptam accipiendam, & si quid eius intersit sua die rem traditam, *titul. 1. de actionib. empti & venditi.*

2. *Locatio conductio* quoque æqualiter vtriusque contrahentis vtilitatem continet. *tit. 2. locati conducti.*

3. Item *æstimatæ rei vendendæ traditio.* Nam & hic contra-

ctus emptioni similis est: vnde æstimatoriæ actioni nomen. *tit. 3. de æstimatoria.*

4. *Rerum permutatio* itidem apertè vtriusque vtilitatem cõtinet. *titul.* 4. *de rerum permutationib.*

5. Denique *innominati contractus* sunt quidam, in quibus vtriusque vtilitas vertitur, qui permutationi accedunt: Veluti, *Do vt des, Do vt facias: facio vt des, facio vt facias*: ex quibus quæ actio competit, præscriptis verbis dicitur: Quia scilicet negotium, quod certo nomine exprimi non potest, per rei gestæ notationem & verborum circumscriptionem exprimitur (videnda est *lex 6. Cod. de transactionib.*) *tit. vlt. de præscriptis verbis & in factum actionibus.*

PARS

PARS QVARTA DIGESTORVM,

Constans libris 8. *de* ADMINICV-*lis rerũ creditarũ, lib*. 20. 21. 22. *de* NVPTIIS *libr*. 23. 24. 25. *de* TVTELIS *lib*. 26. 27.

LIBER XX.

Adminiculum rerum creditarum primum, puta PIGNVS.

ADminicula ſeu pediſſequæ actiones rerum creditarũ, ſeu contractuum, ſequuntur, quæ varij generis ſunt. His enim vel ſecuritas creditori cõciliatur, vel indemnitas emptori, vel lucrum aduentitiũ quæritur, vel denique mixtum quid ex his omnibus eſt.

1. *Securitas* creditori conci-

liatur pignoribus & hypothecis, *tit. 1. de pignorib. & hypothecis.* Quæ non tantum expreſsè, ſed etiam quandoque tacitè contrahuntur. *Ti. 2. in quib. cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.* Si modò res pignori datæ fuerint, quæ obligari potuerunt, & obligauerit qui obligandi ius habet, *titu. 3. quæ res pignori vel hypotheca datæ obligari non poſſunt.*

Item ſi non alij potiores ſint in pignore vel hypotheca, veluti ſi priores qui ſint vel in priorum locũ ſucceſſerint, vel priuilegiati ſint, *titul. 4. qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur.* Cæteroquin hæc pignoris vtilitas eſt, vt diſtractio eius, debitore in ſolutione ceſſante, permiſſa ſit, ſolennibus tamen iuris præmiſſis, *titul. 6. de diſtractione pignorum & hypothecarum.* Soluitur denique pignus.

gnus modis certis, puta satisfaciente quoquo modo debitore, *tit. vlt. quib. modis pignus vel hypoth. soluitur.*

LIBER XXI.

Adminiculum secundum, puta Remedia *emptori competentia.*

2 INdemnitas emptori nominatim conciliatur seu quęritur, remedijs seu adminiculis sequentibus. Nam si damnum sit in re ipsa empta, puta si vitiũ aliquod sit animi aut corporis, aut morbus occultus in re empta, ob venditoris reticentiam actio datur: Item si venditor aliquid dixerit aut promiserit circa rem venditam, duplex his casibus ædilitij edicti remediũ competit. 1. *Redhibitionis*, id est, vt venditor rem recipiat refus-

pretio. 2. Æstimatoriæ quanto minoris, *ti. 1. de adilitio edicto & redbibitione & quant ominoris.* Si verò extrinsecus damnum accidat, vt quia res empta à tertio euincitur, aduersus vẽditorem actio competit, modò in simplum modò in duplum. *tit. 2. de euictionibus & dupli stipulatione.* Etsi aduersus euincentẽ quẽcunque emptori competit exceptio rei venditæ & traditæ, *tit. vlt. de exceptione rei vendita & tradita.*

LIBER XXII.

3. & 4. *Adminiculum, putà,* Vsuræ, Probationes, & Ignorantia.

3. *LVcrum aduentitium* creditori quæritur, extra, seu præter rem ipsam, vsuris, fructibus & causis & omnibus aliis acces-

accessionibus. Quæ ex sola mora quandoque debentur, *titu.1. de vsuris & fructibus & causis & omnibus accessionibus & mora.* Cæterùm vberrimæ & maximę vsuræ permittuntur, quoties pecunia, id est res quælibet credita, periculo creditoris est, veluti si nauigaturo ea conditione credatur: idque est quod nauticum fœnus dicitur, *titul.2. de nautico fœnore.*

4. *Mixtam causam* ex superioribus omnibus obtinent, primùm Probationes & præsumptiones. *tit.3. de probationibus & præsumptionibus:* quæ quidem fiunt vel per instrumenta. *titu.4. de fide instrumentorum & amissione eorum.* Vel per Testes *tit.5. de testibus.*

Item *Ignorantia.* Ignorantia enim, quandoque lucro captãdo prodest. Modo ad damnum saltem euitandum prodest. Qua

parte tenenda est Regula Papiniani: Errorem facti ne maribus quidem in damnis vel cõpendiis obesse: Iuris autem errorem, ne quidem fœminis in compendiis prodesse: Cęterum omnibus Iuris errorem in damnis amittendæ rei non nocere, *titul. vltim. de iuris & facti ignorantia.*

Hactenus de Rebus creditis.

LIBER XXIII.

DE NVPTIIS: AC primùm de tempore præcurrente Nuptias.

6. SEXTVM genus controuersiarum ciuilium nascitur *Ex personarum nexu* seu credito vel etiam contractu, ob animorum videlicet & personarum vinculum, quandoque etiam nulla re intercedẽte. Hu-

ius

ius generis sunt tres, Nuptiæ, Tutelæ & Successiones.

1. In *Nuptiis* tria tempora sunt spectanda. 1. Præcedens. 2. Intercedens. 3. Succedens: seu tempus contrahendi, constantis, soluti matrimonij. duo *ὁρίσματα*, & tertiũ, *μέσον*. 1. In *contrahendis* nuptiis visiones hæ tres occurrunt. 1. Sponsalia, *titu.1.de sponsalibus*. 2. Ritus nuptiarum, (1. quomodo & inter quas personas ritè seu secundùm leges nuptiæ contrahi possint vel cõsistere.) *titu.2.de ritu nuptiarum.* 3. Dotis datio vel promissio: cuius ius varium admodum est & multiplex, imo & singulare, *tit. 3.de iure dotium.* Et quidem aliquando, prout pacta dotalia intercesserunt: quæ sanè admittuntur, si modò dotis conditionem deteriorem non faciant, neque bonis moribus aut iuri ciuili aduersentur. *tit.4.de pactis*

dotalibus. Illud dotis inæstimatæ singulare est, vt ne fundum dotalem inæstimatum alienare vel obligare maritus possit. *tit. vltim. de fundo dotali.*

LIBER XXIV.

TEMPVS CONCVRrens nuptiis, & consequens à parte mulieris.

2. COnstante matrimonio hæc duo incurrunt.

1. Donationes inter virum & vxorem, quæ constante matrimonio prohibitæ sunt *titu. 1. de donation. inter virum & vxorem.*

2. Mali mores coniugum, qui diuortiis causam dare solent. *ti. 2. de diuortiis & repudiis.*

3. *Soluto matrimonio* actiones sequentes occurrũt, partim à parte mulieris, partim à parte viri, partim ab vtraque parte.

A parte mulieris, dotis repetitio. Neque enim constante matrimonio dos repeti potest, nisi marito ad inopiam vergente. *titu.vlt.soluto matrimonio dos quemad. petatur*,

LIBER XXV.

TEMPVS CONSEquens nuptias à parte viri, & vtraque, & ad fine nuptiarum.

A *Parte viri* soluto matrimonio actio competit, impensarum in res dotales factarum nomine. *tit.1. de impensis in res dotales factis.*

Ab vtraque parte hæ actiones competunt: partim rerum, partim liberorum nomine. Rerum, puta rerum constante matrimonio amotarum. *tit.2. de actione rerum amotarum.* Liberorum

rum verò nomine soluto matrimonio Susceptorum vel editorum: Quò pertinent sequentes tituli, pura *Titu. 3. De agnoscendis & alendis liberis. & Tit. 4. de inspiciendo ventre custodiendóque partu. & Tit. 5. Si ventris nomine muliere in possessionem missa, &c. Et Tit. 6. Si mulier ventris nomine in possessione calumnia causa esse dicetur.*

Ad fine nuptiarum est concubinatus, licita potius iure ciuili coniunctio, seu consuetudo quàm legitima. *Titu. vlt. de concubinis.*

LIBER XXVI.
DE TVTELA DEferenda, delata.

II. TVtela, est secunda personarum nexus siue crediti species. Tutori quippe pupilli persona

ſona creditur , fidei eius committitur, ſeruanda commendatur: (Hæc enim etiam credendi nominis vis eſt) De Tutelis autem agitur in genere, *titul.* 4. *de Tutelis*. In his pariter vt in nuptiis tria tempora ſpectari oportet: Eas præcurrens, Iis concurrens, & denique poſtcurrẽs: ſeu tempus tutelæ deferendæ, delatæ, & finitæ.

1. *Defertur* ſeu mandatur Tutela Primùm, *Teſtamento*, cuius prima & potiſſima ratio eſt, *tit.* 2. *de teſtamen. tutela*. Adeo quidem, vt etiamſi inutiliter datus ſit tutor teſtamento, confirmandus tamen quandoque veniat. Et quidem aliquãdo ſine inquiſitione, *Titul.* 3. *de confirmando tutore vel curatore*.

Secundò, Lege tutela defertur, ſuperiore ſcil. deficiente, *titul.* 4. *De legitimis tutoribus*. Denique Magiſtratus prouidentia

mandatur, deficientibus duabus superioribus. *tit. 1. de tutoribus & curatoribus datis ab his qui ius dãdi habẽt*. Petentibus id certis personis ex officio & pietate, qualis est mater auia, libertus. Tenentur enim hæ personæ liberis suis & patroni liberis tutores petere. Alioquin mater & auia successione liberorum multatur, & liberti puniuntur, *titu. 6. qui petant tutores vel curatores & vbi petantur*.

2. *Delata* & accepta tutela tutores 1. Administrare tutelã si plures sint, vel omnes debẽt, vel vnus, si id vtilius sit, inuentario ante omnia perfecto. *titu. 7. de administrat. & periculo tutorum & curat.* 2. Authoritatem & consensum præbere pupillis debent. *tit. 8. de author. & consen. tutorum*. Cæterum quando factum tutoris vel curatoris pupillo vel adulto actionem

&

& aduersus eos quærat, tractatur, *ti.9. Quãdo ex facto Tutoris vel Curatoris minores agere vel cõueniri possũt.* 3. Suspecti si sint tutores, i. tutelam non ex fide gerant, remouentur, modo cum infamia, modo sine infamia. *tit.vlt. de suspectis tutoribus & curatoribus.*

LIBER XXVII.

DE TVTELA MOdo delata, modò deferenda, & de finita.

3. MOdo *delata, modo deferendæ tutela tempore* hæc incurrunt. 1. *Excusationes.* Sunt enim quædam causæ quæ à deferenda tantum tutela excusant, aliæ vero à cœpta quoque. *Titul.1. de Excusationibus.* 2. vbi *Educari* & morari pupillus debeat. Quod multum interest,

tereſt, ſiue vt moribus, ſiue vt vitæ eius conſulatur: ſanè apud eum ante omnes quem pater deſtinauit, niſi id pupillo non expediat: aliàs apud matrem, niſi vitricum ſuperduxerit. Denique apud alios parentes non ſuſpectos ſuperioribus deficiẽtibus. Denique vt alimenta pupillo præſtentur, quæ facultatũ & dignitatis ratione habita, decreto Prætoris conſtituuntur. *titul.2. vbi pupillus educari vel morari debeat, vel alimentis pupillo præſtandis.*

4. *Finita tutela*, actio directa competit pupillo: Actio ſcil. tutelæ ad rationes ſibi adminiſtratæ tutelæ reddendas à tutore, & in id libris rationum editis. Vtilis verò contra curatorẽ adulto. *Titu.3. de tutela & rationib. diſtrahendis & vtili curationis cauſa actione.* Contraria vero tutelæ tutori actio competit ad

ad impensas si quas de suo fecit reciperandas. *tit.* 4. *de contraria tutela & vtili actione.* Quæ omnia non in veris tantum tutoribus locũ obtinent, verum etiã in eo qui pro tutore vel pro curatore negotia gessit. *Titu.* 5. *de eo qui pro tutore.* Peculiaris etiam in factum actio iis qui falso tutore authore cum pupillo contraxerunt datur, *titu.* 6. *quod falso tutore authore gestum esse dicatur.* Neque aduersus tutores aut curatores tantùm actio pupillo competit, sed & aduersus eorum fideiussores & nominatores & hæredes. *titul.* 7. *de fideiussoribus & nominatoribus & heredibus tutorum & curat.* Imo & aduersus Magistratus municipales seu Duumviros qui idoneè caueri curare debuerunt, idque in subsidium *ti.* 8. *de Magistratibus conueniendis.* Quinimò & aduersus eos qui res pu-

pilli vel adulti sine decreto alienatas possident, actio datur; *titul. 9. de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt sine decreto non alienandis vel supponendis.*

Adfine Tutelæ & Curæ (minorum scil.) est *Cura furiosorum*, aliorúmque præter minores. *Titul. vlt. de Curatoribus furioso & alijs extra minores dandis.*

PARS QVINTA DIGESTORVM.

DE SVCCESSIONE Testamentaria,

Constans libris 9. lib. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.

LIBER XXVIII, *DE TESTAMENTI substantia, forma.*

III. S*Vccessio* sequitur, vltima personarum nexus seu crediti, vel

vel quasi contractus species. Defertur autem successio tribus modis. 1. Patrisfamilias legato, seu dispositione. 2. Prætoris iurisdictione. 3. Sola legis prouisione, i. Successiones aliæ sunt Testamentariæ, aliæ Prætoriæ, aliæ Legitimæ.

1. *Testamentaria successio* primum obtinet locum: *Paterfamil.* scil. quod erat in XII. Tab. *Vti super pecunia rei sua legaßit, ita ius esto.* Dummodo scil. iure testatus sit, i. formam & præscripta legum secutus sit & obseruauerit. Testamento quippe condito & proposito vt id valeat, sequentia attendēda sunt.

1. Vtrùm *Is* fecerit testamentū qui facere iure potuit. 2. *Solemniter* ne seu ritè testamētum factum sit, *titul.* 1. *Qui testamenta facere possunt & quomodo testamenta fiant.*

3. Requiritur & illud, vt si testator

teſtator *Liberos* habeat, vel natos, vel naſcituros, eos vel nominatim heredes inſtituat, vel nominatim exheredet. *titu.2. de liberis & poſtumis heredibus inſtituendis vel exheredandis.*

4. Excutiendum eſt, Num teſtamentum fortè aliquo caſu *Iniuſtum*, ruptum, aut irritum factum fuerit. *tit.3. de iniuſto rupto irrito facto teſtamento.*

5. Num in teſtamento quædam *deleta* ſint, inducta, vel inſcripta. Nam ſi quid horum fuerit, mutata teſtatoris voluntas creditur. *titul.4. de his quæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur.*

Denique num heres aliquis exiſtat, id enim caput eſt & fundamentum teſtamenti, eóque corruente cætera iure veteri corruunt. ideóque niſi heres exiſtat, teſtamento locus nõ eſt. *Titu.5. de heredib. inſtituendis.*

Exci-

Excipiuntur tres casus tribus titulis sequentibus. 1. Si substitutus alius fuerit, *tit. 6. de vulgari & pupillari substitutione*. 2. Si *Cōditio* heredis institutioni adiecta, heredis ius suspendat, sic vt heres nondum existat. *titu. 7. de conditionib. institution*. 3. Denique si *Deliberandi* tempora nondum præterlapsa fuerint. *Tit. vlt. de iure deliberandi.*

LIBER XXIX.

APPENDIX AD SVperiorem librum, & de HEREDITATE *&* FRAVDIBVS *heredum coercendis.*

Militibus sanè in testamento condendo superior fermè omnis diligentia & forma remittitur. *Titul. 1. de testamēto militis.* Hactenus de causa efficiēte & forma testamētorū.

Materia Testamentorum sequitur, quæ triplex est. Vel enim hereditas testamento defertur, vel legatum, vel fideicommissum.

Hereditas Testamento delata heredis voluntate adquiritur vel omittitur, *tit. 2. de adquirenda vel omitt. heredit.* Et tamen quia sæpe heredes vel in adeũdo fraudes admittunt, vel fraude omittũt, sequentia quatuor remedia aduersus huiusmodi fraudes prodita sunt. 1. Aperiũtur testamenta solenniter Prætoris officio & conuocatis signatoribus (i. testibus) Idque statim post mortem testatoris, quo postea inspiciendi & describendi (iuramento prius calumniæ præstito) desideranti cuique potestas fiat. *tit. 3. quemadm. testament. aperiantur, respiciantur & describantur.* 2. Si *Omissa* causa testamenti ab intestato

ſtato vel alio modo, hęres, vt legatarios fraudet, hereditatem poſſideat, Prætor in eum actionē pollicetur, non minus quàm ſi heres ex teſtamento extitiſſet, *titul. 4. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato vel alio modo poßideat hereditatem*. 3. Ex Senatuſconſulto Syllaniano & Claudiano heredi eripitur hereditas, ſi teſtatore occiſo ante quæſtionem de familia (i. de ſeruis) habitam, & ſupplicium de noxiis ſumptum hæreditatem adierit. *titul. 5. de SC. Sylaniano & Claudiano*. 4. Si quis aliquem teſtari prohibuerit vel coegerit, hereditas ei eripitur. *tit. 6. Si quis aliquem teſtari coegerit vel prohibuerit*.

Diximus teſtamento hereditatem deferri, eiúſque ſolemnia executi ſumus. *Codicillorum* ius aliud eſt. Nam & codicillis hereditas dari non poteſt, ne-

que ſolennitates eædem requiruntur. At quæ poſtea ſequentur de legatis & fideicommiſſis, ea tam codicillis quàm teſtamentis communia ſunt. Ideò velut arbor in confinio poſitus eſt *Titulus hic vltimus de Iure Codicillorum.*

LIBER 30.31.32.
DE LEGATIS in genere.

2 L*Egata & fideicommiſſa ſingularia*: quę in tres ſiue libros ſiue Titulos à Triboniano coniecta fuerunt: Nō alio ſanè exemplo, quàm quo Gaius olim idem quoque præſtitit. Vbertaténe materiæ (quod vero propius) an aliâ de causâ, non liquet.

LIBER

LIBER XXIII.

DE LEGATIS SINgularibus, quæ interpretationem recipiunt vel ex rei legatæ natura, vel vſu verborum.

DE legatis quibuſdam in ſpecie hoc libro agitur & tribus præterea titulis libri ſequentis. Idque ideò, quia ea legata ſingulari quodam iure & proprio cenſentur: partim ex rei ipſius legatæ natura, partim ex verborum proprietate, partim ex fauore quodam, deniq; ex circumſtantiarum varietate.

1. *Ex rei legatæ natura* interpretationum recipiunt legata ſequētia. 1. *Annua* ſeu anniuerſaria legata, quæ plerumque ideò legabantur, quòd ſe quioris vitæ eſſent legatarij, quíque ab alimentis penderent. Huiuſmodi enim legata plura ſunt, &

primi quidem anni purum est legatum, cæterorum verò conditionale, atque ideo morte finiuntur. Denique anni initio debentur. *Tit. 1. de annuis legatis & fideicommissis.* 2. Item *Vsus* & vsusfructus & habitationis & reditus legatum huius generis est. Nam & hæc legata pariter morte finiuntur, imo & capitis minutione; sed nec extremi anni fructus nisi percepti ad heredem transmittuntur *ti. 2. de vsu & vsufructu legato.* 3. Item *Seruitutis* legatum, quæ & ipsa singularia quędam habet. Nam & ius reale est, & nisi prædium habenti relinqui non potest, & præstatio ejus indiuidua est. *Ti. 5. de seruitute legata.* 4. Item, *Dos* prælegata, quæ id singulare habet: Primum vt statim præstari debeat. Itē, vt Falcidiæ nō subiaceat. Deniq; vt bonorū possessione contra tabulas petita de-

debeatur. *ti.4. de dote prælegata.*

5. Denique *Optionis* & electionis legatum id habet singulare, vt ante aditam hæreditatem optio non fiat. Item vt cùm cætera legata ab hærede præstentur, hæc suo iure occupare videatur legatarius, *titul.5. de optione vel electione legata.*

2. *Ex communi verborum vsu & proprietate*, vel etiam testatoris consuetudine recipiunt interpretationem legata sequentia. 1. Triticum, vinum vel oleum legatum, *tit.6.* 2. Instructum vel instrumentum legatum. *tit.* 7. 3. Peculium legatum *tit.* 8. 4. Penus legata, *tit.9.* Denique suppellex legata. *titul. vlt. de suppellect. legata.*

LIBER XXXIV.

LEGATA EX FAuore vel circumſtantijs interpretationem recipientia. Item vitia legatorum 5.

3. EX *fauore ſolo* interpretationem recipiũt alimenta & cibaria legata. Horum ſingularia hæc ſunt, vt deportatis, vt ſeruis pœnæ, vt ſeruis propriis etiam ſine libertate relinqui poſſint. Item vt relicta ad pubertatem vſque, ad plenam pubertatem debeantur, (i. ad 18. annum.) Item vt non minuãtur, ſed augeantur ob prædia quæ teſtator eo nomine iuſſit eſſe obligata: vt de iis tranſigi non poſſit (futuris ſcil.) niſi cauſa cognita à Prætore. *tit.* 1. *de alimentis vel cibariis legatis*:

4. *Ex circumſtantiarum* varietate interpretationem recipiunt

piunt, auri, argenti, mundi, ornamentorum, vnguentorum, veſtis, veſtimentorum, ſtatuarum, *titul.2.de auro argento legato.* Item liberationis legatum. *ti. 3. de liberatione legata.*

Vitia legatorum ſequuntur, eáque quæ legatis accedunt, & ſunt ſeptem.

Ademptio, Dubietas, Inutilitas, Pro non ſcripto, Ereptitium, Condicio & Modus legatorum.

1. *Adimit* interdum teſtator legatum quod prius adſcripſerat, quandoque etiam ademptum transfert in alium, *titul.4. de adimendis vel transferendis legatis.*

2. *Dubia* interdum teſtatoris verba ſunt, ſic vt voluntatis quæſtio incidat, *titu.5.de rebus dubijs.*

3. *Inutilia* legata quædam ab initio ſunt, quale erat olim

pœnæ causa relictum, *titul.6.de his quæ pœna causa relinquuntur*. In huiusmodi sanè legatis ab initio inutilibus regula Catoniana tenenda est, videl. quod ab initio inutile fuit, nunquam postea conualescere, *titul. 7.de Regula Catoniana.*

4. *Pro non scriptis* habentur ea, quæ quis sibi in testamento adscripsit. Item sic scriptum vt intelligi penitus non possit. *titul.* 8. *de his quæ pro non scriptis habentur.*

5. *Ereptitia* sunt, quæ etsi testamento vtiliter legata fuerint, tamen vt indignis postea auferuntur & eripiuntur, *titul. vlt. de his quib. vt indig. auferuntur.*

LIBER

LIBER XXXV.

VITIA LEGATO-rum duo postrema è septem.

6. CONdicio legatum suspendit, sic vt illa deficiente legatum quoque deficiat. *Titul. 1. de conditionibus & demonstrat.*

7. *Modus* denique ciuilis (vt Tacitus loquitur) ex parte vitiat modum legatorum & fideicommissorum, vt ne videlicet vltra dodrantem hereditatis legare liceat: & si quid vltra legatum fuerit, diminutionem patiatur: Quod l. Falcidia effectum est. *titul. 2. ad l. Falcidiam.* Adeò quidem, vt si cui plus quàm per l. Falcidiam licuit legatum esse dicatur, heres non antè legata soluere cogatur, quã deducta Falcidia, vt & si incertum sit an alia legata sint emer-

sura non antè soluere cogatur quàm legatarius cauerit se restituturum ea, si Falcidiæ postea locus futurus sit, *titul. vlt. si cui plus quàm per L. Falcidiam.*

LIBER XXXVI.

FIDEICOMMISSA Vniuersalia: & Communia legatis & fideicommissis.

3 F*Ideicommissa* vniuersalia sequuntur: quò pertinet SC. Trebellianum *Tit.* 1. *ad SC. Trebellianum.*

Communia postremum legatis & fideicommissis tria subiiciuntur. 1. *Dies* legatorum & fideicommissorum, quando videlicet cedat: Nempe si pura sint vel in diem certum, à morte testatoris statim eorum dies cedit, ideóque ad heredes legatariorum

tariorum & fideicommissariorum transmittuntur: At si conditionalia sint vel in diem incertum, non nisi existente conditione vel die dies legatorum & fideicommissorum cedit. *Titul. 2. Quando dies legatorum vel fideicommissorum cedat.*

2. Secundum commune est, quod si legati vel fideicommissi præstatio moram patiatur, i. si ob conditionem aut diem à testatore adiectam nondum legatum præstari debeat aut fideicommissum, vel si purum legatum heres differat præstare, tum heres cauere debeat legatorũ seu fideicommissorum nomine. *Titu. 3. vt legatorum seu fideicommissorum seruandorum causa caueatur,* 3. Si verò id heres non fecerit, legatarij & fideicommissarij in possessionem rerum hereditariarum custodię causa mittuntur. *Titu. vltim. vt*

in possessionem legatorum vel fideicommissorum seruãdorum causa esse liceat. Hactenus de Testamentis & testamentaria successione.

PARS SEXTA
DIGESTORVM.

Constans libris VIII. lib. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44.

LIBER XXXVII.

DE SVCCESSIONIBUS Pretorijs, Tabulis Testamenti extantibus.

II. PRætoriæ *successiones* sequuntur, quæ dicuntur *bonorum possessiones*, quæ scil. à Prætore constituuntur, partim adiuuãdi, partim corrigendi, partim supplendi

supplendi Iuris Ciuilis gratia. Et de iis agitur in genere *Tit. 1. de bonorum possessionibus*. Sunt autem bonorum possessiones vel ordinariæ vel extraordinariæ.

Ordinariæ dantur, vel tabulis testamenti extantibus, vel nullis extantibus.

1. *Si Tabulæ testamenti extabunt*, prima bonorum possessionis causa est: Testamentaria enim causa semper præcipua est. *Tit. 2. Si Tabulæ testam. extabunt*. Et quidem hæc bonorum possessio etiam furioso & infanti muto, surdo, cæco competit. *Tit. 3. De bonorum possessione furioso*. Si tabulæ igitur testamenti extant, vel contra vel secundum tabulas bonorum possessio defertur.

Contra tabulas bonorum possessio defertur liberis & postumis vel præteritis, vel non vt

oportet exhęredatis. Neque tantum suis sed & emancipatis: Imo & adoptiuis. Item parentibus & patronis. *titul. 4. de bonorum possess. contra tabulas*. Effectus autem huius bonorum possessionis triplex est. Primùm enim legata testamento adscripta petitâ contra tabulas bonorum possessione emancipati certis personis edicto comprehensis præstare tenentur. *Tit. 5. de lega. præstandis contra tabulas bonorum possessione petita.* Secundus effectus: Conferre quoque emancipati nō emācipatis fratribus bona propria tenentur, quę sc. communi patre moriente habuerunt. *Tit. 6. de collatione.* Et nominatim filia dotem conferre tenetur, & quidem profectitiam dotem tam sua quàm emancipata. *Tit. 7. de dotis collatione.* Tertius effectus, quod patri emancipato quan-

doque

doque concurrant in vnam & eandem partem liberi in poteſtate ab auo retenti. *tit.8. de coniungendis cum emancipato liberis eius.*

Naſciturorum quoque liberorum rationem habuit Prætor, dum ventrem quoque mittit per bonorum poſſeſſionem contra tabulas in poſſeſſionem bonorum defuncti, eidémque inſuper curatore dato proſpicit, rebus ſcil. adminiſtrandis, *Titul.9. De ventre in poſſeſſionem mittendo & Curatore eius.*

Pupillorum denique ſingulari edicto curam habuit Prætor, dum dilata ſtatus in pubertatis tempus controuerſia eis cauſa cognita bonorum poſſeſſionem decernit. Idque eſt quod Edictum Carbonianum dicitur, *Tit. 10. de Carboniano edicto.*

2. *Secundum tabulas* bono-

rum possessio scriptis heredibus & nuncupatis datur. *Tit*. 11. *de Bonorum possessione secundum tabulas*.

Sic absolutus est bonorum possessionis extantibus tabulis tractatus: nisi quod communia vtrique & singularia tam secundum quàm contra Tabulas su biiciuntur nonnulla.

Primùm enim *Parenti* quoque manumissori bonorum possessio competit quasi patrono. *Tit*. 12. *Si a parente quis manumissus sit*.

Secundò, Ex Testamento quoque *Militis*, vtcunque minus solenni, bonorum possessio datur, non item contra tabulas militis. *Tit*. 13. *de bonorum possessione ex testamento militis*.

Tertiò *Patronis* & eorum liberis præteritis contra tabulas libertorum bonorum possessio datur, *tit*. 14. *de iure patronatus*.

Hoc

Hoc scilius patronatus est, hoc ius paternum: Quod tamen in aliis quoque rebus cernitur: Nam & obsequia, honorem, reuerentiam, pietatem, vtrisque debent liberti & liberi: cuius ratione nec in ius, nisi venia petita, vocari, nec famosa actione conueniri, nec iusiurandum calumniæ exigi, nec in solidum condemnari, nec fideiussores locupletes iudicio sisti dare cogi possunt. *Tit. vltim. De obsequio parentib. & patronis præstan.*

LIBER XXXVIII.

APPENDIX AD super. lib. & de bonor. possess. ab intestato. *Item de* legitimis *successionibus.*

OPeras sanè libertorum & imposita libertatis causa, si patronus elegerit, à bonorum

possessione repellitur, *tit.1.de operis libertorum.* Qua electione cessante, & superioribus bonorum possessionibus deficientibus, bonorum possessio patrono præterito competit : vt & bonorum possessio vnde legitimi, *titu.2.de bonis libertorum.* Eadémque & de libertis vniuersitatum & municipiorum dicenda sunt, *Tit.3.de liberis vniuersitatum.* Item quę de patronis dicta sunt, eadem & de liberis patroni dicenda sunt. Et quidem omnibus, nisi pater vni libertum adsignauerit. *Titu.4.de adsignandis libertis.* Denique bonorum possessioni proxima est reuocatio eorum quæ in fraudem legitimæ patrono debitę à liberto facta sunt. *Tit. 5.si quid in fraudem patroni factum sit.*

2. *Non extantibus tabulis testamẽti,* bonorum possessiones, atque adeo ab intestato sequũtur

tur,hoc ordine. 1. Vnde liberi bonorum possessio, *tit.6. Si tabula testamẽti nullaextabunt vnde liberi.* 2. Vnde legitimi,quæ adgnatis competit.*ti.7.vnde legitimi.*3.Vnde cognati,quæ per fœminas coniunctis cæterísque à superioribus exclusis competit. *titul.* 8. *vnde cognati.* (In his autem bonorum possessionibus hoc obseruãdum est, quod vnis repudiantibus,vel non petita bonorum possessione decedentibus,vel tempore exclusis , sequenti in eodem gradu fiat locus, & gradu vno exhausto,sequens gradus admittatur: ídque est Edictum quod dicitur successorium. *tit.9.de successorio edicto.* Proinde exacta graduum cognitio habenda est.*tit.* 10.*de gradibus & affinibus.)* Quarta bonorum possessio Tabulis testamenti non extantibus,est,quę *viro & vxori* com-

petit. Tribus enim gradibus superioribus deficientibus Prætor virum & vxorem mutuo ad alterutrius intestati bonorum possessionem vocat. *tit. 11. vnde vir & vxor*. His tandem omnibus deficientibus, fisco fit locus: Nisi capitali sententia is de cuius bonis agitur, damnatus fuerit. Qua tamen parte excipitur veteranus miles. Nam si ex militari delicto fuerint condemnati, de bonis castrensibus testari possunt, sed & ab intestato castrensia eorum bona adgnatis vel cognatis ad quintum vsque gradum deferuntur, *ti. 12. de veteranorum & militum successione*. Item fisco locus est, si indigno bonorum possessio ablata fuerit. *tit. 13. Quib. non competit bonorum possessio.*

2. *Extraordinaria* bonorum possessio est ea de qua agitur *titu. 14. vt ex legibus Senatusconsultis*

ſultis bonorum poſſeſſio detur.

Poſtremo loco ſubiicitur, Quis ordo in poſſeſſionibus ſeruetur. *tit.*15.

III. *Legitima ſucceßio* eſt, quæ defertur vel lege, vtputa ſuis & legitimis. *tit.*16. *de ſuis & legitimis hæredibus:* Vel Senatuſconſulto, vt matribus & filiis in mutua eorum ſucceſſione. *Tit. vlt. ad Senatuſc. Tertullianum & Orphitianum.*

Hactenus de quinto, ſextóque Iudiciorum fonte, quod eſt *Creditum*, quà rerum, quà perſonarum.

LIBER XXXIX.

TRES ACTIONVM fontes. 7. *Damnum imminens.* 8. *Vectigalium conductio.* 9. *& Liberalitas.*

7. SEPTIMVM genus controuerſiarum deſcendit ex

Damno imminente, impendente & nondum dato, sed dando, nisi actione occurratur, atque adeò ad id propellēdum. Damnum autem dandum videtur vel ab opere faciendo, vel à ruina, vel à pluuia.

A nouo opere. Nam si quis nouum opus faciat, quo pristina facies, mutetur, vicinarum ædium dominus iuris sui conseruandi causa nouum opus nuntiare potest, i. denunciare ne faciat ne pergat, post nunciationem demum committūt se litigatores Prætoriæ iurisdictioni. *Titu. 1. de operis noui nuntiat.*

A ruina. Nam si vicini ædificium ruinam minetur, vicino ius est nuntiandi in id vt damni infecti sibi caueatur, i. de farciendo damno, si quod contigerit. Quod si factum non fuerit, mittitur vicinus in possessionem

ſionem illarum ædium, quæ ruinam minantur.*tit.2.de damno infecto.*

*A pluuia.*Nam aquæ quoq; pluuiæ arcendæ nomine vicino actio competit, ſi videlicet dãno nondum dato ſed opere iam manu facto aqua nocitura eſt.Qua actione id efficitur, vt opere in priſtinam faciem reſtituto aqua auertatur.*Tit.3.de aqua & aqua pluuia arcenda.*

8.OCTAVVM genus controuerſiarum oritur ex *Vectigaliũ* ſeu *publicorum conductione*, quæ inter priuatos quoque actionẽ parit. Nam ſi Publicani, i. vectigalium conductores ipſi vel familiæ eorum *occaſione* vectigalium quid ſuperexegerint, propria actione tenentur. Viciſſim negotiatores merces ſuas vectigali obnoxias profiteri coguntur: ſi eas apud publicanũ profeſſi non fuerint, merces in

commissum cadunt. *Titul.* 4. *de publicanis & vectigalibus & commissis.*

9. NONVM genus controuersiarum descendit ex *Liberalitate* seu donatione. *Titul.* 15. *de donationibus.* Quæ non tantum inter viuos, sed & mortis causa fit & perficitur, *Tit. vlt. de mortis causa donationibus.*

LIBER XL.

STATVS CAVSAE.

10. DECIMVM genus controuersiarum est *Causa status*: quæ triplex est: Libertinitatis, Liberalis, Ingenuitatis.

1. Ad *Libertinitatis* causam pertinet tractatus de *manumissionibus*, de quibus in genere agitur *tit.* 1. *de manumissionibus.*

Species eius sunt: *Vindicta* manumissio, quæ videlicet apud

pud Magiſtratum fiebat, non tamen per procuratorem. *Tit. 2. de manumiſſis vindicta.* Niſi quod per Syndicum ſerui vniuerſitatum, i. collegiorum, municipiorum, Prouinciarum, Rerumpubl. vindicta manumitti poſſunt. *Tit. 3. de manumiſſionib. quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentib. imponuntur.*

Secundò, Teſtamento. *tit. de manumiſſis teſtamento.* Quę ipſa non tantùm directò, ſed & per fideicōmiſſum relinquitur verbis precariis, *Tit. 5. de fideicommiſſariis libertatibus.* Et hæc, niſi adempta à teſtatore vel à lege poſtea libertas fuerit. *titul. 6. de ademptione libertatis.* Item niſi ſub die aut conditione addita libertas ſuſpendatur: ita quippe manumiſſus interim ſeruus eſt, *titu. 7. de ſtatuliberis.*

Quandoque tamen etiam ſine manumiſſione ſerui ad li-

bertatem perueniunt. Veluti si necem domini detexerint, si pro derelicto ob grauem infirmitatem à dominis habiti fuerint *titul.8. Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt*. Ex aduerso quidam manumissi liberi tamen non fiebant, quam in rem lex Ælia Sentia lata fuit. *Tit.9. Qui & à quibus manumissi liberi non fiunt ad l. AEliam Sentiam.*

Effectus autem manumissionis est, vt libertinos faciat, nisi postea ius aureorum anulorum manumissi à Principe impetrauerint. *tit.* 10. *de iure aureorum anulorum*. Ac multo magis, si natalibus restituti fuerint. *titu.* 11. *De natalibus restituendis*. Et hæc de libertinitate seu causa libertinitatis.

2. Secunda status causa est *Liberalis causa*, quâ videlicet quæritur, quis liber an seruus sit,

ſit. *Tit.12.de liberali cauſa*.veluti ſi quis ad libertatem proclamet ex ſeruitute: Quod ſanè omnibus non licet: quidam enim ad libertatem proclamare non poſſunt. *Titu.13.quib.ad libertatem proclamare non licet.*

3. Tertia cauſa ſtatus eſt *Ingenuitatis*, qua quæritur an quis ingenuus ſit, an verò libertinus. *titul.14.Si ingenuus eſſe dicetur.*

Vtrique poſteriori ſtatus cauſæ commune eſt, vt ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæri poſſit, in deteriorem videlicet cauſam, at in meliorem poſſit. *Titu. 15.ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.*

Viuo certè eo qui liber aut ingenuus pronuntiatus eſt, poteſt de ſtatu eius quæri, ita vt ad colluſionem detegendam inuitentur omnes præmio do-

minij eius qui liber iudicatus est vel ingenuus. *tit. vlt. de collusione detegenda.*

LIBER XLI.

TITVLI DOMINII & possessionis.

II. VNDECIMVM genus cōtrouersiarum oritur *ex titulis dominij & possessionis*, in quibus quæritur, vtrùm titulus dominij vel possessionis qui obtenditur *iustus* sit (quod cognitionis Prætoriæ est.) De titulis igitur & modis adquirendi dominij agitur, *Tit. 1. de adquirendo rerum dominio*, & titulis Possessionis. *Titul. 2. de adquirenda vel amittenda possessione.* In hunc censum venit vsucapio. *tit. 3. de vsurpationibus & vsucapionibus.* Cæterùm vsucapionis tituli sunt vel onerosi

vel

vel lucratiui, vel mixti. Onerosi, veluti pro emptore. *Tit.* 4. *pro emptore.* Lucratiui, pro herede vel pro possessore. *titul.* 5. Item pro donato, *tit.* 6. vt & pro derelicto, *tit.* 7. & pro legato, *tit.* 8. Mixti tituli sunt: pro dote, *tit.* 9. *pro dote.* Denique titulus pro suo, qui Titulus superioribus omnibus communis est, & iis quoque accommodatur, qui ciuilem titulum non habent, sed naturalem tantum. *Tit. vlt. pro suo.*

Hactenus de Iudicio constituendo, & vndecim controuersiarum seu notionum generibus.

LIBER XLII.
DE SENTENTIA & executione.

IV. SEntentia ipſa, tum & *Executio* ſequitur, cuius cauſa magiſtratus aditur. De re iudicata igitur hîc primum agitur, & de effectu ſententiarū. Nam poſt iudicati faciendi tempora elapſa ſi reus iudicatum facere recuſet, executio rei iudicatæ fit, captis officio Magiſtratus pignoribus: mox duobus menſibus elapſis, publicè ſub haſta diſtractis, vel emptoribus non repertis actori adiudicatis. *Tit.* 1. *de re iudicata & de effectu ſententiarum.*

Confeſſionis in iure factæ à non errante in facto eadem vis eſt, quæ rei iudicatæ, & confeſſus pro iudicato eſt, ſic vt eodem modo eorum qui confeſſi ſunt,

ſunt, pignora capi & diſtrahi poſſint. *tit. 2. de confeßis.*

Ceſſionis bonorum eadem ratio eſt. *ti. 3. de ceßione bonorum.* Eadem ratio eſt, ſi latitante vel abſente vel non defendente ſe debitore Prætor actores & creditores mittat in poſſeſſionem bonorum. *titul. 4. quibus ex cauſis in poſſeßionem eatur.* Proinde in quatuor cauſis ſuperioribus hæc Regula teneatur. Pignora prius capi authoritate Iudicis: deinde res vendi vt ex pretio creditoribus ſatisfiat, priuilegiariorum & hypothecariorum creditorum prima ratione habita. *tit. 5. De rebus authoritate iudicis poßidendis vel vendendis.* Sed & ſeparabantur ſæpè bona debitoris Prętoris authoritate, puta heredis bona à defuncti debitoris bonis. Item neceſſarij heredis bona poſt mortem domini quæſita à dominicis bo-

nis. Tertiò castrensia bona militis à paganis. *titul.6.de separationibus.* Quartò curator sæpe creditoribus petentibus bonis debitoris custodiẽdis, administrandis, mox vendendis, denique ex precio redacto solutionibus faciendis, constituebatur. *ti.7.de Curatore bonis dando.* Tãdem etiam quæ in fraudem creditorum facta sunt, quandoque reuocari oportet. *Tit.vltim. Quæ in fraudem creditorum facta sunt vt restituantur.*

LIBER XLIII.

DE INTERDICTIS.

V. INterdicti impetrandi quoq; causa Magistratus aditur. Interdictis scil. fermè contendebatur apud quem interim possessio rei controuersæ manere deberet dum de proprietate iudicium

dicium ageretur, *Tit.* 1. *de Interdictis.*

Interdicta autem illa manãt vel ex iure aliquo vniuersali, vel ex iure singulari. Vniuersali, puta ex successione vel missione in possessionem. Cuius generis sunt quatuor *Quorum bonorum*, quod ei competit cui Prætor bonorum possessionem dedit, ad rerum hereditariarum possessionem adipiscendam. *titul.* 2. *Quorum bonorum.* Secundò *Quod legatorum*, quod heredi vel bonorum possessori competit ad recuperanda ea quæ sine voluntate eius legatorum nomine à legatariis propria authoritate occupata fuerunt. *Tit.* 3. *Quod legatorum.* Tertiò in possessionem misso, ex caussis de quibus superiore libro, interdictum competit, Ne vis sibi fiat, i. ne impediatur in bonorum possessione esse, i. in

eam venire, vel redire, si expulsus sit. *Tit.*4. *Ne vis fiat ei qui in possessionem missus erit.* Quartò, Interdictum de *tabulis exhibendis* ad testamenti causam pertinentibus omnibus competit quorum interest, aduersus eum penes quem tabulæ sunt. *Tit.*5. *de tabulis exhibendis.*

Singulari ex iure quæ interdicta manant, vel religionem spectant vel hominum vtilitatem. *Religionem*, puta interdictum, Ne quid in loco sacro fiat, *Tit.*6.

Hominum causa interdicta vel publicam vtilitatem spectant vel priuatam. Publicam, vel locorum publicorum vel fluminum nomine. Locorum publicorum, quo pertinent sequentia interdicta. *titul.*7. *de locis & itineribus publicis.* Item, ne quid in loco vel itinere publico fiat, *Tit.*8. *De loco publico*

fruendo

fruendo.Tit.9.De via publica,& si quid in ea factum esse dicetur. tit. 10. *De via publica & itinere publico reficiendo.Titul.*11.

Fluminum nomine; quò pertinent 4. Interdicta sequentia, De fluminibus, Ne quid in flumine publico ripáve eius fiat quo peius nauigetur. *Tit.*12. Item, Ne quid in flumine publico fiat,quo aqua aliter fluat atque vti priore æstate fluxit, *tit.* 13.Rursum,vt in flumine publico nauigare liceat. *tit.*14. Denique de ripa munienda.*tit.*15.

Priuatam vtilitatem interdicta quę respiciunt,vel rei immobilis vel mobilis ratione competunt. *Immobilis*,iuriúmque,veluti de vi & vi armata.*ti.* 16. Vti possidetis.*tit.*17. De superficiebus,*tit.*18. De itinere actúque priuato, *tit.* 19. De aqua quotidiana & æstiua,*tit.*20. De riuis reficiendis scil. *tit.* 21. De

fonte, i. de haurienda aqua ex fonte. *tit.* 22. De cloacis, *tit.* 23. Item quod vi aut clam, (i. si quis vi aut clam opere facto dãnum alicui dederit,) *tit.* 24. Cuius tituli exceptio est *tit.* 25. *de Remissionibus.* Item interdictum de precario, *tit.* 26. Vti & interdictum de arboribus cedendis, *tit.* 27. *de arboribus cedendis.* Vt & interdictum de glande legẽda, (id est, de fructu omni in fundum vicini cadente tertio quoquo die colligendo) *tit.* 28. *de glande legenda.* Item interdictum de homine libero exhibendo: quod quidem interdictum officij causa introductum est, quia hominem beneficio affici hominum interest. *tit.* 29. *de homine libero exhibendo.* Rursum interdictum de liberis exhibendis item ducendis. *tit.* 30. *de liberis exhibendis.*

Mobilis rei ratione interdicta sequentia.

ſequentia competunt, 1. Vtrubi,quod interdictum competit ſerui nomine ei apud quem maiore parte anni fuiſſet.*tit.*31. *de vtrubi.* Item interdictum de migrando,quod competit inquilino migraturo ex ædibus ad abducenda friuola ſua quæ intulit ſoluta penſione,*tit.*32.*de migrando.* Viciſſim locatori competit interdictum Saluianum ad perſequendam poſſeſſionem rerum conductoris pro mercede pignori obligatarum. *tit.vlt.de Saluiano interdicto.*

Hactenus de his quæ ad poſtulationem Actoris à Magiſtratu fiunt, vel decernuntur, vel dicuntur.

LIBER XLIV.

EXCEPTIONES & Obligationes.

VI. Reorum nunc Exceptiones sequuntur: nam & has formulis Prætor addebat. *titu.* 1. *de Exceptionibus.* Cuiusmodi quinque hoc libro tractantur: Rei iudicatæ exceptio. *tit.* 1. *de exceptione rei iudicatæ.* Secundò Tēporis exceptio, i. prescriptionis & possessionis, *ti.* 3. *de diuersis temporalibus præscriptionibus.*

Tertiò Doli mali & metus exceptio, *Titu.* 4. *de doli mali & metus exceptione.*

Quartò Actionis non impetratæ exceptio. *tit.* 5. *Quarum rerum actio non detur.* Denique exceptio litigiosi, *Tit.* 6. *De litigiosis.*

VII. De iure tandem *Obligationis* Magistratus aditur. *tit. vlt. de obligat. & action.*

PARS

PARS SEPTIMA

DIGESTORVM,

LIBER XLV.

DE STIPVLA-tionibus.

VIncula & accessiones obligationum sunt stipulationes. *tit.* 1. *de Verborum obligationibus.* Sic tamen quandoque vt duo rei tum stipulandi, tum promittendi constituantur. *tit.* 2. *de duobus reis constituendis.* Item ita, vt serui quoque interdum stipulentur, ídq; persona dominorum inspecta, *Tit. vlt. de stipulatione seruorum.*

LIBER XLVI.

ALTERA ACTIONUM & Obligationum accessio. Item Actionum & Obligationum extinctio. Denique Stipulationes Prætoriæ.

ITem fideiussores & mandatores Obligationum & Actionum sunt accessio, *titul.*1.*de fideiussoribus & mandatoribus*. Vicissim obligationes & actiones extinguuntur Nouatione, *tit.*2.*de Nouationib.& delegationibus*. Item solutione. *titu.* 3. *de solutionibus*. Acceptilatione, *Tit.*4.

2. *Prætoriæ* quoque quædam stipulationes sunt, quæ edicto Prætoris interponi iubentur. *Tit.* 5. *de stipulationibus Prætorijs.* qualis est Rem pupilli saluam fore. *ti.*6.Iudicatum solui, *tit.*7.Ratam rem haberi. *tit.ult.*

LIBER

LIBER XLVII.

DELICTA PRIVATA, extraordinaria, popularia.

POenalia iudicia sequuntur, seu pœnales Actiones, delictorum nomine, quorum varia persecutio est, vnde & delictis illis varia quoque nomina. II.

Alia quippe meram vtilitatem & causam priuatam attentant, quæ & ideo *Priuata* delicta vocantur. *Titul.1. de priuatis delictis.* Cuius generis est *furtũ. titul.2. de furtis.* In quo tamen delicti genere speciales adhuc sũt quędã de furto actiones: vt est actio de tigno iuncto, quâ actione qui alienã materiã ædibus suis aut vineæ iũctam habet, eã soluere nõ potest neq; tenetur, sed in duplum tenetur etiam ignorans. *tit.3. de tigno iuncto.* Item singularis est actio

furti nomine, si qui liber iussus est testamento, ante aditam hęreditatem aliquid subripuit. *Tit. 4. Si quis testamento liber esse iussus erit post mortem domini, &c.* Item, Actio furti aduersus nautas, caupones, stabularios, licet ipsi furtum non fecerint, sed eorum aliquis quorum opera ipsi vtuntur. *Tit. 5. furti aduersus nautas, caupones, &c.* Quartò si familia furtum fecerit (i. grex seruorum alicuius) Quamuis enim verum sit singulos seruos furtum fecisse, dominus tamen liberatur præstãdo, quantum si vnus fecisset. *ti. 6. si familia furtum fecisse dicetur.* Denique actio arborum furtim cæsarum : cæsarum, inquam, licet earũ furtum factum non fuerit. *Tit. 7. Arborum furtim cæsarum.* Secundum priuatum delictum est *Rapina, tit. 8. Vi bonorum raptorum.* Ad quam

quam referri debet & ea quæ competit aduersus eum, qui ex incendio,ruina,naufragio, rate vel naue expugnata quid rapuit, vel dolo malo recepit,vel damni quid in his rebus fecit. *titul. 9. de incendio, ruina, naufragio.*

Tertium priuatum delictum est,*Iniuria. Tit.*10. *de iniurijs & famosis libellis.*

2. *Extraordinaria crimina* sequuntur,quę sunt,quibus principaliter quidem causa priuata attentatur: sed nihilominus etiam vel religio vel publica securitas vel honestas etiam publica quodam modo attaminatur, quæ & ideò non multa pecuniaria plectuntur,sed coercitione,eáque non ordinaria, verùm extraordinaria arbitrio Magistratus & pro modo admissi.*Titu.* 11.*de extraordinariis criminibus.* Cuius generis est

inter alias Actio de sepulchro violato, *Tit.12. de sepulchro violato.* Secundò, Concussio, i. Crimen pecuniæ extortæ per terrorem iniectum sub specie publicæ alicuius potestatis. *titu.13. de concussione.* Tertiò Abigeatus, quo crimine nonnullæ gentes olim famosæ fuerunt, *Tit.14. de Abigeis.* Quartò præuaricatio, i. collusio accusatoris cum reo, vel aduocati. *tit.15. de præuaricatione.* Quintò, Receptatorum crimen, i. eorum qui reos criminum recipiunt vel dimittunt pecunia accepta, *tit.16. de Receptatorib.* Sextò, Fures balnearij, vestimentorum scil. eorum qui in balneis lauantur, *titul.17. de furibus balneariis.* Septimò, effractura, *tit.18. de effractorib. & expilatorib.* Octauò, expilata hereditas, *tit.19. expilatæ hæreditatis.* Nonò, Stellionatus. Stellionatus autem crimen est omnis

nis

nis verſutia, impoſtura, dolus omnis, qui proprio nomine caret: Puta ſi quis rem iam obligatam diſſimulata obligatione per calliditatem alij diſtraxit, permutauit, in ſolutum dedit, vel merces ſuppoſuit, veluti vitrum pro ſmaragdo. *tit.*20.*Stellionatus*. Decimò, Termini moti actio. *tit.* 21. *de termino moto.* Vndecimò, de Collegiis illicitis, *titu.* 22. *de collegiis & corporibus.*

3. Tertia ſpecies delictorum ſunt, ea quæ ius ſuum quodammodo populo adimunt, vnde naſcuntur Actiones quę dicuntur *Populares*, veluti Albi corrupti & ſimiles aliæ, *tit. vlt. de popularib. actionib.*

LIBER

LIBER XLVIII.

DE PVBLICIS IVdiciis siue Delictis.

4. PVblica delicta denique sunt, quæ vigorem publicæ disciplinæ attentant, quęque Lege aliqua publicorum iudiciorum vindicantur, de quibus publicum seu populi totius olim iudicium erat, quæque vel vita vel libertate vel ciuitate aliáve qua simili pœna vindicantur. *tit. 2. de publicis iudiciis.* In his delictis, quod in aliis est actio, id in his est accusatio & inscriptio in crimen. *Tit. 2. de accusationibus & inscriptionibus.* Quam sequitur custodia rei & eius exhibitio, *tit. 3. de custodia & exhibitione reorum.*

Sunt autē hęc crimina: Maiestatis, *Tit. 4. ad l. Iuliam Maiestatis.* Adulterium, *tit. 5. ad l. Iuliam*

liam de adulterijs. Vis publica, *Titu.6.ad l.Iul. de vi publica*, vis priuata.*ti.7.ad l.Iul.de vi priuata*.Cædes & veneficium. *Tit.8. ad l. Cornel. de ſicariis & veneficiis*.Parricidium, *tit.9.de l.Pompeia de Parricidijs*. Falſum, *Tit. 10. de l. Cornelia de falſis*. Repetundarum crimen, *Tit.11.de lege Iulia repetundarum*. Annonæ fraudatæ crimen. *tit. 12. de lege Iulia de annona*. Peculatus,item ſacrilegium & crimen reſidui. *Tit. 13. ad l. Iul. peculatus,& de ſacrilegis & de reſiduis*. Ambitus,*tit.14.de l.Iulia ambitus*.Plagiũ,*ti.15.de l.Fabia de plagiarijs*.

Peragitur autem publicum iudicium *accuſatoribus* cœptam cauſam peragentibus, quam omnino peragere coguntur, alioquin Senatuſconſulto Turpiliano vindicantur, niſi abolitione impetrata ab accuſatione deſtiterint, *titu. 16. ad Senatuſ-*

consultum Turpilianum, *& de abolitionibus criminum*. Item Rei si absint, requiruntur vel citati absentes damnantur. *Tit. 7. de requirendis vel absentibus damnandis*. Mox quæstionibus seu tormentis ad eruẽdam veritatem locus est. *tit. 18. de quæstionibus*. Tandem pœna reorum sequitur, *titul. 19. de pœnis*. De quorum bonis quid iuris seruandum sit, definitur. *titu. 20. de bonis damnatorum*. & *tit. 21. de bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt*. Ac nominatim de interdictionis & relegationis pœna agitur *tit. 22. de interdictis & relegatis*. Quandoque tamen sententiam passi restituuntur. *titul. 23. de sententiam passis & restitutis*. Cadauera denique punitorum quibuscunque petentibus ad sepulturam dari placet. *tit. vlt. de cadauerib. damnatorum*.

LIBER

LIBER XLIX.

DE APPELLATIO-
nibus & Iure publico.

SEcundæ instantiæ iudicium sequitur, id est, *Appellatio. ti. 1. de Appellationibus.* in qua tria tempora sunt spectanda: Recipiendæ, Receptæ, & pendentis. 1. In *recipienda* horum ratio habetur, Iudicis, Temporis, Appellantis, causæ Iudicis inquam à quo & ad quem, *titu. 2. A quibus appellari non licet.* & *tit. 3. Quis a quo appelletur.* Temporis, Quando appellandum sit, & intra quæ tempora, *tit. 4.* Appellantis denique & causæ ratio habenda est: Nam & alij quandoque appellare licet quā qui iudicio victus est humanitatis ratione. Item res quædam & causæ sunt, in quibus appellatio non recipitur. *titul. 5. de ap-*

pellationibus recipiendis vel non.

2. *Recepta* appellatione debebat is à quo appellatum erat, ad eum ad quem appellabatur libellos dimissorios seu apostolos emittere, quibus ille Iudicem appellationis certiorem faceret, Lucium videlicet Titium à sententia sua appellasse, cuius sententiæ tenorem indicabat. *tit. 6. de libellis dimissoriis qui apostoli dicuntur.* Duobus his capitibus commune est, siue de recipienda appellatione quæratur, siue de recepta: Primùm, vt nihil innouetur appellatione interposita. *titu. 7. Nihil innouari appellatione interposita.* Secundo. Frustra quæri de recipienda appellatione & frustra eam recipi, si sententia ipso iure nulla sit, veluti quia manifestè erronea, contra leges, contra mortuum, impossibile quid continens, à non suo & compe-
tente

tente iudice, inter non consentientes lata. *tit.8. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur.*

3. *Pendente* appellatione hæ quęstiones incurrunt: Primum, An per alium causæ appellationum reddi possint, *tit.9.* Secundò, si Appellator causas nō probauerit, periculum medij temporis præstat. *titu.10. si tutor vel curator vel magistratus creatus appellauerit.* Tertiò, Et si quis appellauit, appellationis causam suam peregrè agat, nihilominus tamen in cæteris causis suis is qui appellauit, in Prouincia sese defendere necesse habet. *tit.11. Eum qui appellarit in prouincia defendi.* Deinde & alias causas apud eūdem Iudicem à quo appellauit, cōpellitur agere. *Ti.12. Apud eū à quo appellatur aliam causam agere compellendum.* Denique si mors pendente appellatione

interuenerit, iudicium ciuile in heredem transit: criminale non item. *tit. 13. Si pendente appellatione mors interuenerit.*

Hactenus de Iure priuato.

II. PVBLICVM *Ius* sequitur. Publicum ius voco, quo præcipuè Respub. continetur, in quo neruiReipub. consistunt. Cuius generis sunt hæc duo, Fisci ius, *tit. 14. de iure fisci.* Secundò Militare ius, Quò pertinent quatuor tituli sequentes, *tit. 15. de captiuis & postliminio, tit. 16. de Re militari. tit. 17. de castrensi peculio. tit. vlt. de veteranis.*

LIBER L.

DE IVRE MVNICIPALI, Verbis & Regulis iuris.

III. MVNICIPALE denique ius sequitur, id est, quo non iam Respub. Romana vniuersa continetur,

cõtinetur, sed quo singulorum municipiorum & ciuitatum iura, *titul.1.ad municipale, & de incolis.* Consistit autem istud ius municipale in sequẽtib. 1. in Senatoribus municipiorum, qui *Decuriones* vocabantur. *titul. 2. de Decurionibus & filijs eorum.* Quorum erat certa matricula seu album, cuius ordinem Decuriones in honoribus & muneribus suscipiendis & sententiis dicendis sequebantur, *tit.3. de albo scribendo.*

2. In muneribus & honoribus publicis, ad quæ municipes vocabantur, quæque erant vel patrimonialia vel personalia, *tit. 4. de munerib. & honorib.* A quibus tamen vacatio & excusatio certis de causis erat & immunitas competebat, *tit. 5. de vacatione & excusatione munerũ, & tit.6. de iure immunitatis.* Inter hæc munera autem erat &

munus legationis seu legati, cum quis à Repub. ad Principē municipalis negotij causa mittebatur, *tit.5.de legationib.* Tertiò ius municipale in *Rebus* & pecuniis municipalibus consistit: de quarum administratione agitur *tit.* 8. *de administrat. rer. ad ciuitates pertinentium.* 4. In *Decretis* ab ordine faciendis. Ordo enim, i. Senatus municipalis de quibusdam tantum causis decreta facere poterat, de cæteris Præsidis erat notio, *tit.9.de decretis ab ordine faciendis.* 5. In operibus publicis. *tit.10.de operibus publicis.* 6. In iure nundinarum: Non nisi certa quippe municipia nundinarum ius habebant, vel ex longa consuetudine vel ex Principis indulgentia. *titul.11.de Nundinis.* 7. In pollicitationum exactione, i. vt si Reipu. quis pollicitus fuerit opus se facturum, vel

vel pecuniam daturum, obligetur, *tit.* 12. *de pollicitationib.* Deniq; in cognitionibus duũuirorum ſeu magiſtratuum municipalium qui de omnibus quæ in municipiis erant cognoſcebant: Exceptis quibuſdam cognitionibus, quæ Præſidi erant reſeruatæ, quæ & ideo *extraordinariæ* dicebantur. *tit.* 13. *de extraordinariis cognitionibus.* Veluti cognitio de proxeneticis, *titul.* 14. *de proxeneticis.* Item de Cenſibus, *tit.* 15. *de Cenſibus.*

Poſt ſubiecta vel obiecta iuris, VERBORVM quorundam ſignificationes & REGVLÆ nonnullæ Iuris poſtremo loco ſubiiciuntur: *tit. penul. & vlt.*

FINIS ORDINIS Digeſtorum.

CODICIS
SERIES.

SVMMA GENERA & argumenta singulorum librorum Codicis.

LIB. I. Ius sacrum, Iuris species, Magistratus.

II. Ordo iuris sui obtinendi. Restitutio in integrum, Recepta.

III. Iudicium. ¶ Quatuor actionum fontes. 1. Dominium. 2. Damnum datum. 3. Ipsa rerum natura. 4. Nudum Factum.

IV. Res Creditæ.

V. Nuptiæ, Tutelæ.

VI. Successiones.

VII. Status causæ. Tituli dominij & possessionis. Res iudicata.

VIII. Interdicta. Pignus. Exceptiones. Obligatio, Patria

tria potestas. Consuetudo. Donatio. Ius liberorum.
- IX. Crimina.
- X. Ius Fiscale, Ius Municipale.
- XI. Species fiscales. Vrbica. Rustica.
- XII. Dignitates. Res Militaris. Cursus publicus. Officiales magistratuum.

LIBER PRIMVS CODICIS.

Respondet huic libro, lib. 1. & pars libri 2. Digestorum.

DE IVRE SACRO, de Iuris speciebus, & de Magistratibus.

POST tres constitutionũ Imperatoriarum Codices, Gregorianum,

Hermogenianũ, Theodoſianũ. (quorum priores illi duo Conſtitutiones Principum Gentilium ab Hadriano Imperatore vſque in Diocletianum & Maximianum cõplectebantur: poſterius verò Conſtitutiones Imperatorum Chriſtianorum, initio ducto à Conſtantino Magno, qui primus Imperator Chriſtianus extitit, vſque ad Theodoſium Iuniorem, id eſt, ad annum Domini 438. continebat.) Item poſt Nouellas quaſdam, ab ipſomet Theodoſio iuniore, & ab aliis inſequentibus Imperatoribus latas: Denique poſt Conſtitutiones cõplurimas ab ipſomet Iuſtiniano promulgatas, Iuſtinianum impetus cepit *Codicis* conficiendi, i. ſuperiorum omnium Principum Conſtitutiones, ſuáſque ad æui ſui vſum & forum ſpectantes, in vnum Codicem colligendi.

ligendi. Quod duplici editione perfecit & præficit. Quarum postremam confectam anno Do. 534. in manibus habemus. Quæ causa est, cur *Codex repetitæ prælectionis* inscribatur.

Porrò Ius omne hoc Codice comprehensum, vel ad Ius sacrum, vel ad priuatum, vel ad publicum pertinet. (Nam & ita nonnulli ius diuidũt, quorum numero est Ausonius.) vel ita; vel ad ius diuinum, vel ad humanum spectat.

A Sacro, seu diuino iure initium ducit Iustinianus, aliter, quàm Theodosiani Codicis conditores, qui in vltimum librum Constitutiones ad ius sacrum pertinentes coniecerunt.

IVS SACRVM, vel circa Catholicam seu veram religionem versatur, vel circa falsam & impiam. *In vera religione* hæc se-

Sacrum Ius.

quentia capita ſpectanda ſunt. Primùm ipſa fidei Chriſtianæ & Catholicæ myſteria, de quibus agitur *titu.1.de ſumma Trinitate & fide Catholica.* Secundo, Eccleſiæ, *titu.2.de SS.Eccleſiis & de rebus & priuilegijs earum.*

Tertiò, *Perſonæ* cultui Chriſtiano deſeruientes. *tit.3.de Epiſcopis & Clericis.*

Quartò *Iudicium* ipſum, de rebus & perſonis Eccleſiaſticis, quam *Epiſcopalem audientiam* vocant: tum etiam cætera, quæ ad ius & curam Epiſc. pertinent, déque eorum reuerentia. *titu. 4. de Epiſcopali audientia, & de diuerſis capitulis quæ ad ius curámque & reuerentiam pertinent Pontificalem.*

2. Ad *falſam religionem*, eóſque qui alieni ſunt à religione Catholica ſequentia pertinent. Qui falſam religionem præ ſe ferunt

ferunt, vel in ipsa Ecclesia perniciosa dogmata fouent, vt sunt hæretici, & nominatim Manichæi & Samaritæ. *titu.5. de hæreticis & Manichæis & Samaritis.* Item qui baptisma iterabāt: vt erant Donatistæ, Nouatiani, Eunomiani, qui à Catholicis baptizatos rebaptizabant. *titu. 6. Ne sanctum baptisma iteretur.* Alij verò ab Ecclesia penitùs deficiunt, aut ad Iudaismum aut ad paganismum, qui *Apostatæ* dicuntur, *titul.7. de Apostatis.* Sunt & *Profani*, & in religionem Christianam contumeliosi, quales sunt qui in pauimento sculpunt vel pingunt signum Saluatoris Christi. (i. crucem) *tit.8. Nemini licere signum Saluatoris Christi humi vel in silice seu marmore aut sculpere aut pingere.* Denique sunt extra Ecclesiam constituti, quales sunt Iudæi & Cælicolæ, *titul.9.*

de Iudæis & cælicolis. (Quibus Christianum mancipium habere possidere aut circumcidere non licet. *titu.*10. *Ne Christianum mancipium, &c.*) Item Pagani seu Gentiles: *titul.*11. *de paganis sacrificijs & templis.*

Sequuntur duo tituli non ad cultum pertinentes, sed ad locorum sacrorum singularia quædam priuilegia. Primum de confugis ad Ecclesiam. *tit.*12. *de ijs qui ad Ecclesias confugiunt. vel ibi exclamant.* Secundum, de manumissionibus in Ecclesia, *tit.* 13. *de iis qui in Ecclesiis manumittuntur.*

2. *IVRIS species. Respondet sequentib. duobus capitib. lib.*1. *Digestorum.*

IVS HVMANVM sequitur, quod partim priuatum, partim publicum esse dixi. Et quidem initio Iuris humani & ciuilis seu positiui species seu partes pertractantur, putà leges, *titul.* 14. *de legibus & constitution. Princi.* Mandata Principum. *ti.*

15.

15. *de mandat. Princip.* Senatusconsulta, *titul. 16. de Senatusconsultis.* Responsa prudentum in Corpus Iuris relata, *tit. 17. de vetere iure enucleando & de authoritate Iurisprudentium qui in Pandectas referuntur.* (Quibus omnibus id commune est, vt ea ignorare nemini liceat, vtpote cùm certa sint. *tit. 16. de iuris & facti ignorantia.*) Sũt & Rescripta Principum, ad preces videlicet & libellos priuatorũ: quò pertinent tituli sex sequentes. Ac primùm de libellis seu precibus agitur, & quidem in genere *Titul. 19. de precibus Imperatori offerendis.* De vi effectu & validitate eorum *tit. 20. Quãdo libellus Principi datus litis contestationem facit. tit. 21. vt lite pendente vel post prouocationem aut definitiuam sẽtẽtiam nulli liceat Imperatori supplicare. titul. 22. Si contra ius vel vtilitatem publicã*

vel per mendacium fuerit aliquid postulatum vel impetratum. De Rescriptis ipsis agitur. *titul.* 23. *de diuersis rescriptis.* Libellis & supplicationibus non absimilia sunt ad statuas Principum perfugia, de quibus agitur, *tit.* 24. *De statuis & imaginibus. tit.* 25. *de ys qui ad statuas confugiunt.*

2. Iuris species proximè excipiunt *y qui ius tuentur*, qui iura reddunt, & effectui tradũt. De quibus prima est in Iudiciis & actionibus inspectio seu visio. Hi verò sunt *Magistratus*.

3. Magistratus,

Magistratus autẽ alij sunt Illustres, alij Spectabiles, alij verò Clarissimi. (Hæc enim Magistratuũ distinctio iã inde à Cõstãtini M. tẽporibus fermè cœpit) *Illustres* sunt sequentes. *Præfecti prætorio*, quorum proxima à Principe dignitas, plenáque erat: qui plures vt sæpiùs diœceses sub administratione

sua

ſua habebant, vt erat Præfectus prætorio Orientis & Illyrici. *ti. 26. de officio Præfectorum Orientis & Illyrici.* Item Præfectus Prætorio Africæ, qui inſtitutus à Iuſtiniano poſt Africam Romano imperio reſtitutam vnicam tantum diœceſin habebat. *tit. 27. de officio Præfecti Præt. Africæ & de omni eiuſdem diœceſis ſtatu.* Secundò illuſtris erat Præfectus vrbi, i. præfectus vtriuſque vrbis Romæ, tam veteris quàm nouæ ſeu Conſtantinopoleos, Præfecto prætorio dignitate par. *titul. 28. de offic. Præfect. vrbis.* Et hi quidem Illuſtres res ciuiles adcurabant: alij Illuſtres res militares vel comitatenſes. Res militares, puta Magiſter militum, *titu. 29. de officio Magiſtrorum militum.* Comitatenſes verò, (i. res in comitatu ſeu aula Principis.) Quæſtor primùm dictandis legibus,

& similibus, *tit.* 30. *de officio Quæstoris.* Palatinis officiis, i. ministris in aula Principis, eiúsque vsibus deseruientibus, eorúmque disciplinæ præerat Magister officiorum. *tit.* 31. *de officio Magistri officiorum.* Pecuniis vero Principis (quæ trium generum erant, sacræ largitiones, res priuatæ, sacrum patrimonium) præerant hi tres, Comes sacrarũ largitionum, Comes rerum priuatarum: denique Comes sacri patrimonij, *tit.* 32. 33. 34.

Spectabiles sequuntur: horũ numero sunt, & quidem primo Proconsules, *titu.* 35. *de officio Proconsulis.* Comes Orientis, quâ diœcesi variæ prouinciæ comprehendebantur. *tit.* 36. *de offic. Comitis Orientis.* Præfectus Augustalis. (i. Ægypti,) *titu.* 37. *de officio Præfecti Augustalis*, vt & Vicarij Præfectorum prætorio,

rio. *titul.* 38. *de officio vicarij.*

Clarißimi, tertium & postremum magistratuum ordinem constituunt; cuiusmodi erant in Vrbe *Prætores*, quorum hoc tempore nulla erat iurisdictio, sed nudum tantum & inane nomen, ludis edendis destinatum. *tit.* 39. *de officio Prætorum.* In Prouinciis, *Rectores* prouinciarum, *tit.* 40. *de officio Rectoris Prouinciæ.* (De quibus illud obseruandum, nulli Prouinciæ suæ administrationem permissam fuisse, ne videlicet aut gratiosus aut ambitiosus foret, vel etiam parentelis vel clientelis subnixus spoliandorum Prouincialium occasionem arriperet, *titu.* 41. *Vt nulli Prouinciæ suæ administratio sine speciali permissu Principis permittatur.*) Rectorum autem Prouinciarum inter alia muneris erat Tributorũ exactio. Quam in rem

qua-

quadrimenſtrui breues ad eos tranſmittebantur, ex quorum præſcripto, quatuor menſium tributa exigerēt: (Tribus enim penſionibus tributa annua exigebantur) *tit.42.de quadrimenſtruis breuibus.*

Extraordinarij Magiſtratus ſequuntur: 1. Præf. Vigilū, Cuſtos vrbis nocturnus, incendiariorum & furum indagator, qui de capitalibus cauſis ſtatuere non poterat, *ti.43.de officio Præfecti vigilū.* 2. Præfectus annonæ, ad quem cura ſeu diſpoſitio rei annonariæ pertinebat, *titul.44.de offic.Præfect.annonæ.*

Sequuntur *communia Magiſtratibus omnibus.* Ac primùm quidem quodnam cuiuſque officium ſit: Ciuilium inquam Iudicum, *ti.45.de officio ciuilium Iudicum.* Item militarium. *ti.46.de officio militar Iudic.* Quorum & illud proprium eſt, ne his,

Comi-

Comitibus inquam rei militaris, vel Tribunis) prouinciales lauacra præstare cogantur. *titul.* 47. Tam ciuilium quàm militarium officium pertractatur. *tit.* 48. *de officio diuersorum*, (i. omnium seu quorumcũque) *Iudicum.* Atque inter alia id eis cõmune est, vt post officium depositum quinquaginta dies in ciuitatibus facere (i. permanere) cogantur, ad excipiendas videlicet ciuitatum & Prouinciarum querelas, si quæ forent: neque ante è prouincia sese subducere possint. *titul.* 49. *Vt omnes tam ciuiles quàm militares Iudices post administrationem depositam* 50. *dies in ciuitatibus vel certis locis permaneant.*

Secundum commune Magistratuũ seu Iudicum omniũ sunt Vices gerentes Iudicum, qui vices eorum quandóque extra ordinem obtinent. *titul.*

50. *de officio eius qui vicem alicuius Iudicis vel Præsidis obtinet.*

Tertium commune est, vt quique Iudices suos *Adsessores*, domesticos, & Cancellarios habeant, *titu.* 51. *de Adsessoribus & domesticis & Cancellarijs Iudicum.*

Quartum commune est, vt annonas de publico & capitum accipiant (*capitum*, i. pabulum animalium.) *titul.* 52. *de annonis & capitis administrantium, eorúmque adsessorum.*

Quintum commune est, vt administratione durante in Prouinciis neque contrahere neque donationes accipere, neque proprias ædes ædificare possint. *tit.* 53. *de contractib. Iudicum, &c.*

Postremum commune est, vt Iudices tuendæ Iurisdictioni suæ multas infligere possint, intra certum tamen & definitum

quique

quique modum. *titul.54. de modo multarum quæ à Iudicibus infliguntur.*

Hactenus de Magistratibus ciuilibus, militaribus: Prouinciarum integrarum, vel diœceseon, vel Palatinis seu Comitatensibus.

Sequuntur *Magistratus singularum ciuitatum*, seu singulorum municipiorum : Puta Defensores ciuitatum, Tribunis similes, defensores plebis, De quibus est *titulus 55. de defensoribus ciuitatum.* Duumuiri, *tit.56. de magistratibus municipalibus.* In vrbe Alexandrina nominatim qui magistratus erat, Iuridicus dicebatur, *titul. vltim. de officio Iuridici Alexandrin.*

LIBER II.

ORDO IVRIS SVI obtinendi. Restitutio in integrum. Recepta.

Respondet huic libro lib. 2. 3. 4. Digestorum.

Respōdet lib. 2. Digestorum.

PRæparatoria alia actionum sequuntur. Primum est *Editio Actionis.* Nam qui alterum in ius vocaturus erat, eum speciem futuræ litis prius edere & demonstrare oportuit: adeò vt nisi actionem edidisset, in ius vocatus impunè non iret. *tit. 1. de edendo.*

Secundum igitur est *In ius vocatio, titul. 2. de in ius vocando.* Qua parte hæc Regula obseruabatur, vt ex omni causa in ius vocatus sequi cogeretur, paucis admodum causis & personis exceptis. Atque inter alia, si interea dum in ius itur, inter se litigatores

tigatores pacti sint, aut transegerint. *tit.3. de pactis. tit. 4. de transactionibus.* Quæ tamen transactio non tenet, si error calculi intercesserit. Sæpè enim computatæ rationes & quantumlibet transactione subductæ denuo retractari possunt. *titul.5. de errore calculi.*

3. *Causæ apud Prætorem coniectio* sequitur, In quo personæ primum attendendæ, quæ iudiciis interuenire solent. Huius generis sunt, Primò *Aduocati. titul.6. de postulando. tit.7. de aduocatis diuersorum iudiciorum, & tit.8. de aduocatis diuersorum Iudicum.* Neque tantùm priuatorum, sed & peculiares aduocati fisci, *titul.9. de aduocatis fisci.* Cæterùm de aduocatis tria notanda, errorem ab aduocatis admissum, litigatoribus non nocere, *tit.10. de errore aduocatorum.* Secundò, Ea quæ desunt

Concordat lib. 3. Digestorum.

aduocatis, (i.ea quæ aduocati minùs dixerint.) iudicem supplere posse. *titul.* 11. *vt quæ desunt aduocatis partiũ Iudex suppleat*, Tertiò infames foro & aduocatione interdici, *titul.* 12. *Ex quibus causis infamia irrogatur.*

2. Iudiciis interueniunt, & *Procuratores*, id est, qui negotia aliorum defendenda suscipiũt, *titul.* 13. *de Procuratoribus.* In vniuersum id tenendum est, non licere potentioribus patrocinium litigantibus præstare, quia potentioribus pares esse non possumus, *titu.* 14. *Ne liceat potentioribus patrocinium litigãtibus præstare.* Neque etiam licere potentiorum nomine titulos prædiis affigere, i. eorum nomina in litem prætendere. *titul.* 15. *de his qui potentiorum nomine titulos*, *&c.* Cui affines sunt tituli duo sequentes, *titu.* 16. *vt nemo priuatus titulos prædiis*

prædijs suis vel alienis imponat. Et titu. 17. *vt nemo sine Iudicis authoritate signa imprimat rebus quas alius possideat.* Acvt potentiores, ita & fiscus & Respub. procurationem alicui præstare prohibetur, *titul.*18. *Ne fiscus vel Respubl. procurationem, &c.*

3. Interueniunt & litibus *Negotiorum gestores*, qui videlicet sine mandato negotiis sese alienis & litibus ingerunt. *ti.*19. *de negotijs gestis.* & hæc de personis.

Lis seu causa ipsa in iure seu apud Prætorem est, 1. vel de lite & actione restituenda. 2. vel de recepto præstando. 3. vel de actione impetranda & iudicio constituendo.

Concordat lib. 4. Digestorum.

De lite seu actione restituenda, quò pertinet sequens tractatus de restitutionibus in integrum Ac primùm, *quibus ex causis* restitutio in integrum postulari

possit, sunt autem hæ causæ 1. Vis metus, *titu.*20. *De ijs quæ vi metúsve causa gesta sunt.* 2. Dolus malus. *titul.*21. *de dolo malo.* 3. Ætatis infirmitas, & lubricum, *titul.* 22. *De in integrum restitut. minorum.* Et separatim de filiofamilias minore agitur *tit.*23. Item de fideiussoribus minorũ, *tit.*24. Ac præterea, an, & quando restituatur minor, si tutor vel curator interuenit, *titu.*25. *si tut... vel curator interuenerit.* Peculiare & id habet minorum restitutio, vt si communis sit minori, cùm alio maiore causa, minor solus restituatur, *tit.* 26. *Si in communi eadémque causa in integrum restitutio postuletur.*

2. Sequuntur causæ nominatim *aduersus quas* minores restitui possunt vel non possunt, Res iudicata, *titul.*27. *si aduersus rem iudicatam.* Venditio, *tit.*28. *si aduersus venditionem.* (ac nominatim

minatim pignorum venditio, *tit. 29. Si aduersus venditionem pignorum.*) Donatio, *tit. 30. si aduersus donationem.* Libertas collata, *tit. 31. si aduersus libertatem.* Transactio vel diuisio celebrata, *titu. 32. si aduersus transactionẽ.* Solutio à se vel à tutore facta, *titu. 33. si aduersus solutionem.* Dos, *tit. 34. si aduersus dotem.* Delictum (Malorum certè mores infirmitas animi non excusat, & in delictis ætate nemo excucusatur.) *titul. 35. si aduersus delictum.* Vsucapio, *ti. 36. si aduersus vsucapionem.* Aduersùs fiscum, *tit. 37. si aduers. fiscum.* Creditorem, *tit. 38. si aduersus creditorem.* Aditionem hereditatis, *tit. 39. si vt ab hereditate se abstineat.* Et vicissim aduersus repudiatam hereditatem. *titul. 40. si vt omissam hereditatẽ vel bonorũ possessionẽ. vel quid aliud adquirat.* Et hęc de minorũ restitutionis causis.

Sequuntur *communia Restitutionibus*. Ac primum in quibusdam causis restitutionem superuacaneam esse ostéditur *tit.* 41. *in quibus causis in integrũ restitutio necessaria non est*. Secundò, Nonnullos restitui non posse, & vicissim aduersus nonnullos restitutionem impetrari non posse. *titul.* 42. *Qui & aduersus quos in integrum restitui non possint*. Veluti si minor se dixerit maiorem. *tit.* 43. *si minor se maiorem dixerit*. Item si sæpius postuletur restitutio in vna & eadem causa, *tit.* 44. *si sæpius in integrum restitutio postuletur*. Item si veniam ætatis minor impetrauerit. *tit.* 45. *de his qui veniã ætatis impetrauerunt*. Postremò si maior factus ratum habuerit, *titul.* 46. *Si maior factus ratum habuerit*.

Post casus singulares exceptos, quibus in integrum restitutio

tutio non datur, ſequuntur alia quædam ad eaſdem reſtitutionis cauſas pertinentia. 1. De *Iudice* reſtitutionis, apud quem ſcilicet ea agitari debeat & poſſit, i. in quo foro, *Titul.* 47. *Vbi & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit.* 2. De reputationibus, i. de iis quæ adoleſcenti petenti reſtitutionem in integrum imputantur, vt ea vel reddat vel compenſet. *Titul.* 48. *de reputationib. quæ fiunt in iudicio in integrum reſtitutionis.* 3. De actore in hoc iudicio. Nam & hoc quæri ſolet, vtrùm per procuratorem poſſit agi cauſa reſtitutionis in integrum, *Tit.* 49. *Etiam per procuratorem cauſam in integrum reſtitutionis agi poſſe.*

4. De effectu petitæ reſtitutionis. Eſt autem hic effectus, vt ne quid noui fiat in integrũ

restitutione postulata, i. vt medio tempore nihil deintegretur, sed omnia maneant in integro & in suo statu, donec iudicium restitutionis finitum fuerit. *Titul. 50. in integrum restitutione postulata ne quid noui fiat.* Et hæc de minorum restitutionibus.

Sequuntur causæ ex quibus quandoque *Maiores* restituuntur, puta, militia, vel absentia Reipub. causa. *Tit. 51. de restitutionibus militum & eorum qui Reipub. causa absunt.* In tantum vt & vxores militum & aliorum qui Reipub. causa absunt, in integrum restituantur, si secutæ viros, interim per absentiam aliquid damni fecerint, vel aliquid lucri non fecerint. *Titu. 52. De vxoribus militum & eorum qui Reipub. causa absunt.*

Minoribus & maioribus id commune est, vt certa *tempora* sint

sint præstituta intra quæ restitutiones in integrum peti debent. *tit.53. De temporib. in integr. restit.* Sed & ex aliis quoque causis maiores in integrum quandoque restituuntur. *Tit. 54. Quib. ex causis maiores in integrum restituantur.* Veluti si alienatio fuerit facta iudicij mutandi causa, i. si quis rem, ne secum ageretur, venundedit dolo malo, obiiciendi durioris & molestioris aduersarij causa; in eum quippe actio restituitur, ac si rem non alienasset. *Tit. 55. De alienatione iudicij mutandi causa facta.*

Et hæc de prima causa Prætoris adeundi, puta de restituenda actione & lite. Secunda causa est, de sententia à priuato suscepta *dicenda*, i. in id quoque Prætor aditur, vt cogat arbitrum qui *recepit* in se, (arbitrio suo litem dirimere) senten-

tiam dicere. *Titu. 56. de receptis arbitris.*

Tertia causa Prætoris adeundi est, vt *Iudicium* constituat, i. Iudicem det, & formulam. Antequam id fieret, olim *Satisdationes* interponebantur. Et quidem si Procurator alterius nomine interueniret, de rato, itémque iudicatum solui prius satisdabat, *Titul. 57. De satisdando.* Deinde, formulam & actionem peti oportebat, *Tit. 58. de formulis & impetrationibus actionum.* Tandem iusiurandum propter calumniam interponebatur. *Tit. vltim. de iureiurando propter calumniam dando.*

LIBER

LIBER III.

IVDICIVM. & *quatuor Actionum fontes.*

Respondet huic libro, liber 5.6.7. 8.9.10. Digestorum.

IVdicium ipsum sequitur, *Ti.* 1. *de iudiciis.* In quo sequẽtes quæstiones & tractatus, imò & præscriptiones moratoriæ incurrunt. Primum de impensis iudiciorum, & vt loquebantur, sportulis, *Titul.* 2. *de sportulis & sumptibus in diuersis iudiciis faciendis.*

Secunda præscriptio est aduersus personas *Iudicũ datorum* qui Pedanei iudices vocabantur. *Tit.* 3. *de Pedaneis Iudicibus, & qui iudices dare poßint, & à quibus, tit.* 4. *Qui pro sua iurisdictione Iudices dare darive poßunt.*

Illud generaliter constituen-

dum est, Neminem in sua causa iudicare posse: in sua causa, i. cuius vtilitas aliqua vertitur. *Tit. 5. Ne quis in sua causa iudicet.*

Tertia præscriptio est aduersus *litigatorum personas*. Neque enim omnes legitimam habent personam standi in iudiciis: atque vt legitimum iudicem, ita legitimum litigatorem esse oportet, *Tit. 6. qui legitimam personam standi in iudiciis habeant vel non.* Sed & illud obseruandum, Neminem cogi inuitum agere, *Titu. 7. Vt nemo inuitus agere cogatur.*

Quarta præscriptio est *De Ordine iudiciorum.* Nam quoties in vno iudicio plures oriũtur quæstiones, ita plerumque ordinatur iudicium, vt prius de vna disceptetur quàm de altera. *Tit. 8. de ordine iudiciorum.*

Quinta præscriptio est aduersus *petitionẽ* ipsã actoris, seu

litis

litis contestatio. Titul. 9. de litis contestatione. In qua illud obseruabatur, vt ne actor plus peteret. *Tit. 10. de plus petitionibus.*

Sexta præscriptio est *De Temporibus iudiciorum*, quò pertinent tituli duo sequentes. *Tit. 11. de dilationibus*, *Tit. 12. de ferijs.*

Septima præscriptio est, de *loco*, seu *de præscriptionibus fori* quæ initio litis exponi debebant. Itaque hoc loco interiungitur commodè tractatus de foro competente, id est, quis de qua re Iudex esse possit. Ac primùm in genere ea de re agitur, *Titul. 13. de iurisdictione omnium iudicum & de foro competenti. & titu. 14. Quando Imperator inter pupillos, &c.* Sequétibus autem titulis duodecim speciatim agitur de singulis causarum generibus. Vbi videlicet eas agi oporteat, &c.

Tandem subiungitur. *Titu.* 27. singularis, Quando nil necesse sit Iudicem adire, sed liceat vnicuique se vindicare sine Iudice, *Quando liceat vnicuique se sine iudice vindicare vel publicam denotionem.*

Postremus circa iudicia tractatus est, de ipsis actionum generibus earúmque *fontibus*, qui tractatus pertingit vsque ad librum decimum.

Concordat. lib. 5. Digest.

Primus fons actionum est *Dominium*, quod quidem est vel vniuersale vel singulare.

Vniuersale dominium, veluti hereditas, quæ vindicatur vel à liberis, parentibus, & fratribus quoque certis casibus ab iis qui instituti sunt heredes, si videlicet immerentes præteriti vel exheredati fuerint. Quæ actio inofficiosi querela dicitur, *tit.* 28. *de inofficioso testamento.* Cui actioni similis est actio de inofficiosa

officiosa donatione, quæ exemplo querelæ inofficiosi testamenti comparata est, eáque actione reuocatur donatio inofficiosa, i. profusa patris donatio inter viuos facta in fraudem liberorum, *Tit. 29. de inofficiosis donationibus.* Idémque dicendũ est de inofficiosis dotibus. Nam & inter donationes dotes connumerantur: Vt ecce si mater secundo marito suo omnia bona sua in dotem dedit, sic vt liberis prioris matrimonij salua non sit legitima, dos huiusmodi velut inofficiosa à filiis reuocari potest, *Tit. 30. de inoffic. dotib.*

Vindicatur hereditas quoque non tantum ab herede scripto, verum à quouis extraneo possessore per actionem quæ vocatur hereditatis petitio. *Titu. 31. de petitione hereditatis.*

Respōdet lib.6. Digest.

Singulare dominium est vel rei corporalis vel incorporalis. Corporalis rei singularis: veluti mancipij, fundi petitio dicitur rei vindicatio, *tit.32.de rei vindicatione.*

Respōdet lib.7. Digest. Respōdet lib.8. Digest.

Incorporalis rei singularis dominium est inter cætera vsusfructus, habitatio, *titul.33.de vsufructu &; habitatione.* Item seruitutes prædiorum, *tit.34.de seruitutibus & aqua.*

Concordat lib. 9. Digestor.

Secundus fons Actionum est *Damnum datum* iniuria in corpus, quò pertinet lex Aquilia, *Titul.35.de l. Aquilia.*

Concordat lib. 10, Digestorū.

Tertius Actionum fons est *Ipsa rerum natura*, citra dominij, citra delicti, citra obligationis vllius causam. Ex hoc fonte enascuntur sequentes actiones. Prima actio familiæ hercifcundæ, qua res inter cohæredes hereditariæ diuiduntur. *Titul.36. familiæ ercifcundæ.* Secunda, cōmuni

muni diuidundo actio, qua pariter res inter aliquos communis diuiditur: Communis, inquam, ferme ex communione seu societate contingente vel necessaria non voluntaria. *Tit.* 37. *de communi diuidundo.* Duabus superioribus actionibus quædam communia sunt, quæ proponuntur *titu.*38. *communia vtriusque iudicij tam familiæ erciscundæ quàm communi diuidundo.* Tertia actio est actio finium regũdorum, quam actionem parit vicinia non dominium aut obligatio vlla, ad fines videlicet, i. terminos agrorum vicinorum regundos, i. dirigendos, designandos, *tit.*39. *finium regund.* Superioribus omnibus affine est consortium litis. Nam vt rei ita litis societas quædam est. *titu.* 40. *de consortibus eiusdem litis.* Quarta actio est *Noxalis* actio, quæ & ipsa

dici poteſt ex rei ipſius natura profluere, ex conditione inquam rei ob quam agitur, *Titul.* 41. *de noxalibus actionibus.* Quinta actio eſt ad exhibendum ſeu exhibitoria, quam actionem parit ipſa rei pariter conditio, vt quia mea intereſt rem aliquam mihi exhiberi, veluti inſtrumenta aut ſeruum quem vindicaturus ſum, *tit.* 42. *ad exhibendum.*

Concord. lib. 11. *D: geſtorum.*

4. Quartus Actionum fons eſt *Factum nudum*, citra damnum, citra dominium, citra obligationem. Huius facti nudi duo exempla pertractantur. Primum eſt *luſus alearum*, in quo deperditi repetitio competit. *titu.* 43. *de aleatoribus & alearum luſu.* Secundò ſumptus in alienum funus facti peculiari actione repetuntur. *tit. vlt. de religioſis & ſumptib. funerum.*

LIBER

LIBER IV.

DE REBVS CREditis.

Reſpondent huic liber 12.13.14.15. 16.17.18.19.20.21.22. Digeſtorum.

QVintus fons Actionum eſt *Creditum*, ſiue negotium cum aliquo geſtum. *Creditum*, inquam, i. quotieſcunque fidem alienam ſecuti aliquid gerimus, contrahimus, id enim eſt & dicitur creditum, *l.* 1 *ff. de rebus creditis.*

Cæterùm creditum eſt, aut rerum aut perſonarum.

Rerum creditum eſt (quod huius libri argumentum eſt,) quoties res aliqua interuenit ad obligationem & actionem cõſtituendam. Certè credito proximum eſt *iuriſiurandi* delatio, quoties videlicet, fidem quis a-

lienam secutus, iusiurandum alteri aut defert aut refert, *tit.1. de rebus creditis & iureiurando.*

Porrò rebus creditis vel certum petitur vel incertū. 1. *Certum petitur*, veluti ex mutuo aut stipulatione, *tit.2. Si certum petatur.* 2. Item ex suffragio, veluti si quis alteri quid promisit pro suffragio, (i. fauentia, intercessione, pro re aliqua à Principe impetranda.) Nam vt ipsa intercessio *suffragium*, ita & res pro suffragio promissa, *suffragium* dicitur. Hinc Titulus in Codice Theodosiano pleniùs quàm in hoc cōceptus, *Si certum petetur de suffragijs.* Incerti petitione illud obseruari oportet, quoties petitur pecunia certa, tamen pecuniam lite pendente non sequestrari, quia quantitatis nullum subest corpus, quod interuerti facile possit, *tit.4. de prohibita sequestratione*

ne pecunia. 3. Certum quoque petitur ex promutuo,i.eo quod est instar mutui:quò pertinent quinque sequentes tituli, *titul. 5. de conditione indebiti. titu. 6. de condictione ob causam datorum. titu. 7. de condictione ob turpem causam. titul. 8. de condictione furtiua. titul. 9. de condictione ex lege.*

Antequam vlterius pergatur ad alios contractus & obligationes,generalis titulus interiicitur,*Titulus*, inquam,10. *De Obligationibus & Actionibus.*

Secundò,sequentibus titulis ostenditur, ex alterius facto & contractu quando quis obligari possit vel non possit.Ac primùm, An & quando heres, *tit.* 11. *Vt actiones & ab heredibus & contra heredes incipiant.* Item An coniux pro coniuge, *tit.* 12. *Ne uxor pro marito, & contra:* an liberi pro parente, liberti

pro patrono, serui pro domino, *titu.* 13. *Ne filius pro patre.* An seruus ipse liber factus pro suo facto in seruitute, *titul.* 14. *An seruus pro suo facto post manumissionem teneatur.* An debitor debitoris conueniri possit, *titul.* 15. *Quando fiscus vel priuatus debitoris sui debitores conuenire possit vel debeat.* Tandem de actionibus hereditariis titulis duobus sequentibus tractatur *titu.* 16. *De hereditatis actionibus. titu.* 17. *ex delictis defunctorum in quantum heredes conueniantur.* Hùc pertinet etiam actio constitutæ pecuniæ *titul.* 18. *de constituta pecunia.* Item hùc pertinent Probationes, de quibus in genere agitur, *tit.* 19. *de probationibus.* In specie verò *tit.* 20. De testibus: *tit.* 21. *De fide instrumentorum.* Cuius tituli appendix est *titulus* 22. *Plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur,*

cipitur. Quo titulo ostenditur, veritatem rei gestæ magis obtinere, quàm instrumenta conficta & simulata.

2. *Incertum* petitur ex sequentibus obligationibus & contractibus, Ex commodato, *tit*.23.*de commodato*. Ex pignore *titul*. 24.*de pignoratitia actione*. Tertiò ex quibusdam contractibus cum altero initis, quo pertinent Tituli sequentes, *tit*. 25. *De institoria & exercitoria actione*. *tit*.26. *Quod cum eo qui in aliena potestate est*, *titul*. 27. *Per quas personas nobis adquiratur*, *ti*. 28. *ad SC. Macedonianum*. *titu*. 29. *ad SC. Velleianum*.

Quarta species est, actio non numeratæ pecuniæ, *tit*.30. *de non numerata pecunia*. Quinta, Si compensationi locus sit, *ti*.31. *de compensationibus*. Sextò, si de vsuris & interesse agatur, *ti*.32. *de vsuris*, & *tit*.33. *de nautico fœnore*.

H

Septimò, ex ſequentibus contractibus, Depoſito, *titu.34. Depoſiti.* Mandato, *titu.35. Mandati. & tit.36. Si ſeruus extero ſe emi mandauerit.* Societate. *tit.37. Pro ſocio.* Emptione, venditione, quò pertinent tituli ſequentes.26.

Tractatus autem hic *de Emptione* ad ſequentia capita referri debet.1. Quomodo *contrahatur* emptio venditio. *titu.* 38. *de contrahenda empt. & venditione.* Secundum caput eſt *materia* emptionis & venditionis: Neque enim corporis tantum emptio eſt, ſed & iuris, veluti hereditatis: hereditas enim nomen iuris eſt, etiam ſine corpore, iuris intellectum habens, *ti.39. de hereditate vel actione vendita.* Viciſſim quædam res ſunt quæ vendi non poſſunt, veluti purpura, cuius vſus ſoli Principi reſeruatus erat. Item frumentum exer-

exercitui destinatum. *ti.* 40. *quæ res venire non possunt.* Item quædam res sunt quæ in barbaricũ, (i. ad hostes) exportari, iisque vendi non possunt, veluti arma, ferrum, vinum, oleum, liquamen, atque id genus alia, quibus hostes armari vel ali possunt, *tit.* 41. *Quæ res exportari non debeant.* Sed neque eunuchi facti aut emi aut vendi possunt, Eunuchi inquam Romani, Barbarorum enim eunuchorum commercium est. *titul.* 42. *de eunuchis.* Sed neque patres filios suos vendere possunt, nisi nimia paupertate adigente: & hactenus quidem, vt non huiusmodi liberi serui maneant, sed libertatem relegere possint, vel vicario, (i. alio pro se) seruo dato, vel sui precio oblato, *titul.* 43. *De patribus qui filios suos distraxerunt.*

Tertium caput est de *rescin-*

denda venditionis caufis, quænam videlicet caufæ fint probabiles vel improbabiles. Probabilium paucæ funt admodũ præter vim, metũ, aut dolum: item fi pretij dimidium folutũ non fuerit iufta quoque caufa eft, *ti.4. de refcindenda vendi.* Eft & probabilis & legitima caufa, mutuus contrahentium cõfenfus, *tit.* 45. *Quando liceat ab emptione recedere.* Item fi propter publica tributa venierint bona debitoris per ambitionẽ & gratiam minus iufto precio. *titul.* 46. *fi propter publicas penfitationes venditio fuerit celebrata.* Item, iufta caufa eft, fi quis fundum qui debet cenfum vel reliqua quædam fifco aut Reipubl. emat aut vendat, ea lege ne onus cenfus vel reliquorum fequatur emptorem. *tit.* 47. *fine cenfu vel reliquis fundum comparari non poffe.*

Quartum

Quartum caput eſt, de *effectu* perfectæ venditionis. Ac primum, Cuius ſit periculum & commodum rei venditæ, emptoris an venditoris, *titul.* 48. *de periculo & commodo rei venditæ.* Huc etiã pertinet actio empti & venditi de eo quod alterum alteri ex æquo & bono pręſtare oportet. *tit.* 49. *de actionib. empti & venditi.* Quo etiam pertinet *titul.* 50. *Si quis alteri vel ſibi ſub alterius nomine vel aliena pecunia emerit.* His enim caſibus quæri ſolet, cui actio empti venditi quæratur. Cui vicinus eſt tractatus rei alienæ venditæ, de quo agitur, *tit.* 51. *de rebus alienis non alienandis.* Item rei communis, *tit.* 52. *De communium rerum alienatione.* Sed & rem alienam gerentis, veluti tutoris aut curatoris. Nam & tutores & curatores res ſuas alienare poſsũt, etſi in iis pupillus vel adoleſcẽs

tacitam habeat hypothecam, cum sua tamen causa seu onere, *titul. 53. Rem alienam gerentib. non interdici rerum suarum alienat.*

Quintum caput est de *pactis* inter emptorem & vẽditorem. *Tit. 54. De pactis inter emptorem & venditorem compositis.* Inter cætera autem pacta quædam propriè in mancipiorum venditionibus addi solebant, velut vt seruus exportetur, (i. ne in ea vrbe vel prouincia moretur, in qua pristinus dominus seu venditor commoratur. *Tit. 55. Si seruus exportandus veneat.* Item ancillæ venditæ hæc quandoque etiam condicio addebatur, ne emptori eam prostituere liceret, & vt si prostituta fuisset, venditori in eam manus iniectio esset. *tit. 56. si mancipium venierit ne prostituatur.* Item & hæc quandoque conditio

ditio addebatur, ne intra hoc vel illud tempus manumitteretur, & viciſſim addebatur ne vnquam manumitteretur, *titul. 57. ſi mancipium ita fuerit alienatum ne manumittatur vel contra.*

Poſtremum caput eſt de *pediſſequis* & adminiculis actionis rei emptæ & venditæ. Cuiuſmodi ſunt actiones ædilitiæ ſeu redhibitoriæ, veluti ſi ſeruus fugitiuus venditus ſit, ſi ager peſtibilis, (qui peſtibiles herbas vel letiferas producat) *tit. 58. de ædilitijs actionibus.*

Superioribus omnibus accedũt & ſequẽtes inſpectiones: puta de cõditionibus publicis in venditionib. Nemini monopolij ius concedi. *titul. 57. de monopolijs.* Item nundinarum & mercatuum ius non eſſe, niſi in his locis quibus ius eos habendi datum eſt vel longa con-

ſuetudine, vel beneficio Principis. *titul.* 60. *De nundinis & mercationibus.* Item publico ſiue fiſco rerum venalium nomine vectigal quoddam præſtari, atque eo nomine mercem quemque profiteri debere & ob improfeſſas merces, merces ipſas committi, i. fiſco adquiri, *tit.* 61. *de vectigalib. & commiſſis. & tit.* 62. *vectigalia noua inſtitui non poſſe.* Denique non omnibus eſſe commercij ius, neque cum omnibus. *titu.* 63. *de commercijs & mercatoribus.*

Ex ſequentibus quoque contractibus emptioni finitimis incerti petitio competit: ex permutatione, *titul.* 64. *de rerum permutatione.* Ex locato conducto, *titu.* 65. *de locato & conducto.* Ex contractu emphyteutico. *ti. vlt. de iur. emphyt.*

LIBER

LIBER V.

DE NVPTIIS ET *de Tutelis.*

Respondet huic liber 23.24.25.26. 27. Digest.

PErsonarum creditum seu quasi contractus personales sequuntur, hoc & sequente libro proximo. Cuius generis est matrimonium siue *Nuptiæ*. Qua parte tria tempora spectanda sunt. Præcurrens, Concurrens, Postcurrens.

Præcurrunt nuptias sponsalia, & arrhæ sponsalitiæ & proxenetica, i. præmia quæ debentur conciliatoribus sponsalium aut nuptiarum, *tit.1. de sponsalibus & arrhis sponsalitijs & proxeneticis.* In sponsalitiis, (i. arrhis sponsalitiis) ab eo qui officium in Prouincia administrat

Concordat. lib. 23.24. 25. Digest.

datis, id obſeruandum eſt ſingulare, Si ſponſa poſtea nubere nolit, liberari eam reddendo arrhas in ſimplum, *tit. 2. ſi Rector Prouinciæ vel ad eum pertinentes ſponſalitia dederunt*. Præcurrebant olim tantum & Donationes ante nuptias, quæ tamen poſtea *propter nuptias* dictæ ſunt (quæ videlicet in vicem dotis à marito dantur, vnde Græcis ἀντιφέρνη dicitur,) quia & poſt nuptias hodie fieri poſſunt. *Tit. 3. de donationibus ante nuptias vel propter nuptias.*

Nuptiæ ipſæ ſequuntur. de quarum ritu, i. inter quas perſonas rite nuptiæ contrahi poſſint, tractatur, *titul. 4. de nuptiis*. Sunt enim quædam nuptiæ prohibitæ, vel quia inceſtæ ſunt, *tit. 5. de inceſtis nuptijs*. Vel quia deprædandi materiam alioquin præberent, ſi permitterentur, vt ſunt nuptiæ inter pupillam

pillam & tutorem seu curatorem. *titul.6. de interdicto matrimonio inter pupillum & tutorem seu curatorem.* Item nuptiæ inter Prouincialem mulieré & eum qui in prouincia potestatem gerit, vel qui eius potestati sunt suppositi, *titu.7. Si quacunque præditus potestate vel ad eum pertinentes ad suppositarum iurisdictioni suæ aspirare tentauerint nuptias.* Item & illæ nuptiæ inutiles sunt, quæ non suo marte decurrunt, verùm quæ ex rescripto petuntur. *tit.8. Si nuptiæ ex rescripto petantur.* Neque tantùm vnico matrimonio cõtenti, sed ad secundas plerique nuptias festinare solent, quæ & ipsæ illicitarum nuptiarum vicinitatem sequuntur, si Patrum quorundam sententiæ stamus: Certè pœnis quibusdam obnoxiæ sunt, vel saltem frænis cohibentur, *tit.9. de secundis nuptijs,*

num à morte vel missione repudij. *titu.* 15. *de dote cauta non numerata.*

Constantis matrimonij tempus sequitur: constante scil. matrimonio donationes inter virum & vxorem prohibitę sunt, *tit.* 16. *de donationib. inter virum & vxorem.*

Soluti tandem matrimonij tempus excipit, quò pertinent nouem sequentes tituli, non modo *tit.* 17. *de Repudijs.* soluto sc. matrimonio vt dos petitur à parte vxoris, ita vicissim à parte mariti quædam excipi solent & possunt aduersus vxorē dotem repetentem: A parte mulieris, quò spectat: *titu.* 18. *soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.* A parte verò mariti prima hæc inter alias exceptio est, si maritus constante matrimonio vxori dotem restituerit: mortua quippe vxore, non tantùm do-

tem, verum etiam dotis fructus ab vxore perceptos maritus ab eius heredibus recipiet. *tit.* 19. *Si dos constante matrimonio soluta fuerit.* Secunda exceptio est à parte mariti, quod fideiussores dotium à maritis dati conueniri non possint. *titu.* 20. *Ne fideiussores vel mandatores dotium dentur.* Tertia exceptio est actio rerum amotarum, *tit.* 21. *rerum amotarum.* Quarta exceptio est, vt maritus in quantum facere possit dotis nomine conueniatur. *titul.* 22. *Ne pro dote mulieris bona quondam mariti addicatur,* i. in solidũ detur. In fundo dotali illud peculiare est, vt nunquam marito liceat eum alienare, & vt ab eo seu extraneo qui eum accepit, euinci possit. *titul.* 23. *de fundo dotali.*

Secunda quæstio soluto matrimonio, quæ incurrere potest, ea est propter liberos.

Quo-

Quo pertinent tituli duo sequentes: *titu.24. diuortio facto apud quem liberi morari vel educari debeant. titu.25. de alendis liberis.*

Adfine nuptiarum & vxorum sunt concubinæ & concubinatus, *titu.26. de concubinis.* Ex quibus suscepti liberi naturales sunt, & certis tamen modis iusti efficiuntur, *tit.27. de naturalib. liberis & matribus eorum, & ex quibus causis iusti efficiuntur.*

Secundus quasi contractus, seu secundum personarum creditum est *Tutela & cura.* Qui tractatus à tit. 28. ad finem libri decurrit.

Respōdet liber 26. 27. Dig.

Ac primum de tutela agitur, in qua eadem tempora spectanda sunt quæ in nuptiis.

Præcurrens tutelam tempus continet species tutelæ seu modos deferendæ tutelæ. Tutela

ſcilicet defertur vel teſtamento, *tit.28. de teſtamentaria tutela.* (Quæ tamen ſæpe inutiliter data,confirmanda nihilominus venit,*tit.29.de confirmando tutore)*Secundò defertur lege,*titul. 30.de legitima tutela.* Poſtremò datur à Magiſtratu : qua parte ſequentia ſunt ſpectanda:Quinam videlicet petere poſſint, vel etiam ex officio pietatis petere teneantur tutores & curatores ex teſtamento vel à lege non habentibus,*tit.3.qui petant tutores vel curatores.* Secundò quo in loco ſeu apud quem Magiſtratum peti debeant tutores,*tit.32. vbi petantur tutores vel curatores.* Tertiò,Cuius generis tutores illuſtribus perſonis dari debeant.*Tit.33.de tutoribus vel curatoribus illuſtrium, vel clariſſimarum perſonarum.* Quartò , qui Magiſtratus tutores dare poſſint : & denique

Quinam

Quinam cæteris perſonis præter illuſtres & clariſſimos quoque dari tutores poſſint. *Titul. 34. qui dari tutores vel curatores poſſunt.* Sanè mulier regulariter (niſi mater ſit aut auia,) tutrix eſſe non poteſt, *Titul. 35. Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt.* Sed & certis caſibus tutorem iam habẽti vel curatorem alius dari poteſt, *Titul. 36. In quibus cauſis tutorem vel curatorem habenti tutor vel curator dari poteſt.*

Secundum tempus eſt *delatæ* iam ſiue *conſtantis* tutelæ: quo pertinent ſequentes inſpectiones ſeu viſiones. Prima eſt de Tutoris in adminiſtranda tutela officio. *Titul. 37. de adminiſtratione tutorum:* Atque adeò quidnam periculo tutoris ſit, *Titul. 38. de periculo tutorum.* Secundò de Actionibus à tutore mouendis vel aduerſus

eum

eum, duobus Titulis speciatim agitur. *Titul. 39. Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possint.* Et *Titu. 40. si ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes vel vnus agere pro minore vel conueniri possint.*

Tertiò, vt expeditior sit tutelæ administratio, Tutor vel curator vectigalia conducere prohibetur, priusquam cum minoribus suis paria fecerint, (i. rationes administrationis reddiderint,) *Titul. 41. ne tutor vel curator vectigalia conducat.*

Quartò, non ante ad administrationem admittitur tutor vel curator priusquam satisdederit rem pupilli saluam fore, ideóque à tutore gesta in præiudicium minoris, qui non satisdedit, sunt ipso iure nulla. *Titul. 42. De tutore vel curatore qui satis non dedit.* Quintò, Et

de

de ſuſpecto tutore cognitio ſiue quæſtio eodem pertinet, *Tit. 43. de ſuſpectis tutoribus vel curatoribus.* Sextò, ſi durante tutela lis ſit inter tutorem & pupillum, tutor ſpecialis in litem datur, *Titul. 44. de in litem dando tutore vel curatore.* Septimò quæ de tutorum adminiſtratione dicta ſunt, eadem obtinent & in iis qui pro tutore negotia gerunt, *Tit. 45. de eo qui pro tutore negotia geſſit.* Octauò, Periculum adminiſtrationis quandoque mater ſuſcipit, promittendo ſecuritatem pupillo vel tutori. *Titu. 46. Si mater indemnitatem promiſit.* Nonò, Et contra matris voluntatem tutor datus à tutelæ adminiſtratione citra damnum exiſtimationis remouendus eſt, *Tit. 47. Si contra matris voluntatem tutor datus ſit.* Decimò, Non ideò ſtatim vt finita tutela eſt, etiam

periculum administrationis finitur: Antequam enim rationes reddiderit tutor, defensioni causarum pupillarium adsistere tenetur, *Titul.* 48. *Vt causæ post pubertatem adsit tutor.* Vndecimò, Cum administratione tutoris nil commune habet educatio pupilli: Apud alium quippe sæpe pupilli educantur, apud alium est administratio. *Titul.* 49. *vbi pupilli educari debeant.* His denique omnibus proximus est tractatus de alimentis pupillo præstandis. *Titul.* 50. *de alimentis pupillo præstandis.*

Duodecimò, Ex administratione tutelæ nascitur actio tutelæ, quæ quidem duplex est, directa & contraria. *Directa*, quæ pupillo aduersus tutorem competit, *Titul.* 51. *arbitrium tutelæ.* Circa quam actionem sequentia notari oportet: Diuidi

sæpe

ſæpe actionem inter tutores, ſi videlicet diuiſa fuerit adminiſtratio à teſtatore vel à Iudice in certas partes, regiones ſiue prouincias, *Tit.52.de diuidenda tutela, & pro qua parte quiſquis tutorum conueniatur.*

Secundò, Iuſiurandum in litem ſępe interponi oportet in arbitrio ſeu actione tutelæ, *Tit.53.de in litem iurando.*

Tertiò, Heredes tutorum & curatorum quomodo conueniri poſſint hac actione, tractatur *Titu.54. de heredib. tutorum vel curatorum.*

Quartò, Etiam aduerſus ceſſatorem, id eſt, Tutorem qui tutelam non geſſit, hæc actio nihilominus competit, *Ti.55. Si tutor vel curator non geſſerit.*

Quintò, Vſuræ quoque in tutelæ actionem veniunt, ſi videlicet vel tutor pecuniam in

vſus

vſus ſuos vertit, vel otioſam habuit, *titul.56.de vſuris pupillaribus.*

Poſtremò & aduerſus fideiuſſores tutorum vel curatorum quomodo agi poſſit definitur. *Tit.57. de fideiuſſoribus tutorum vel curatorum.*

Contraria actio tutelæ quoque ex tutelæ geſtione naſcitur, quæ videlicet tutori aduerſus pupillum competit, ſi quid in rem pupilli probabiliter impendit, *Titu.58. de contrario iudicio tutelæ.*

Atque hęc de administratione tutelæ & actionibus eius nomine proditis. Neque tamen eo fine ſtat tutoris officiũ. Nam & eius pars eſt authoritatis interpoſitio. Quæ omnino neceſſaria eſt pupillo ſeſe obliganti. *Titul. 59. de authoritate præſtanda.*

Poſtremum Tutelæ tempus eſt,

est, Tutelæ *finienda vel finita*. Certis videlicet modis tutela finitur, de quibus agitur *Titul.* 60. *quando tutores vel curatores esse desinant*. Inter quos non est legitima causa tutoris absentia: In absentis quippe locum datur actor. *Tit.* 61. *De actore à tutore seu curatore dando*. Legitima causa est, si tutor causis legitimis à tutela excusari meruerit, *Ti.* 62. *de excusationibus tutorum & curatorum*. Non etiam si falsis allegationibus excusatus fuerit, nihilominus enim tutor manet, & periculum tutelæ ad eum pertinet. *Tit.* 63. *Si tutor vel curator falsis allegationibus excusatus sit*. Cæterùm de sex excusationum causis speciatim sex titulis sequentibus agitur, *Tit.* 64. *Si tutor vel curator Reipub. causa aberit*. *Tit.* 65. *de excusationibus veteranorum*. *Titu.* 66. *Qui numero liberorum se excu-*

ſant. Tit.67. Qui morbo. Tit.68. Qui ætate. Tit.69. Qui numero tutelarum.

Cura furioſorum & prodigiorum ſuccedit, *Tit.70. de curatore furioſi vel prodigi.* Item cura minorum: circa quos id ſingulare eſt, vt prædia eorum ſine decreto Prætoris vel Præſidis alienari vel obligari non poſſint. *Tit.71. De prædiis & aliis rebus minorum ſine decreto non alienandis vel obligandis.* Exceptis certis caſibus, de quibus agitur *Tit.72. quando decreto opus non eſt, Et titul.73. Si quis ignorans rem minoris eſſe ſine decreto comparauerit. Et Tit.74. Si maior factus alienationem factam ſine decreto ratam habuerit.*

Vltimo titulo huius libri vltimum remedium ſeu auxilium proponitur, quo minoribus ſuccurritur, qui alia ratione ſeruari indemnes non poſſunt, *Tit.*

Tit. vlt. de Magiſtratibus conueniendis.

LIBER VI.

DE SVCCESSIONIBUS.

Reſpondent huic libri Dig 11. nempe à lib. 28. ad 38. incluſ.

T*Ertia* ſpecies Quaſi contractuum ſeu perſonalis crediti, eſt *Succeßio & Adquiſitio hereditatis*, quod huiuſce libri argumentum adæquatum eſt. Succeſſiones porrò ſunt vel libertinorum, vel ingenuorum.

Ad *libertinorum* ſucceſſionem, alióſque eius occaſione tractatus pertinent huiuſce libri Titul. 8. priores: Quæ quidem ſucceſſio libertinorum potiſſima pars eſt iuris patronatus: Itaque de iure patrona-

tus in vniuersum hoc loco agitur. Ac primum de libertis fugitiuis siue priuatorum, siue ciuitatum, *Tit.1.de seruis fugitiuis & libertis mancipijsque ciuitatum*: cuius vicinitatem sequitur *Titulus de furtis & seruo corrupto. 2.* Vix enim vnquam fugit aut seruus aut libertus, quin secum furto auferat res aliquas, sui saltem furtum facit. Patronatus alioquin ius primùm in operis libertorum consistit, *Ti. 3, de operis libertorum.* Secundo in iure succedendi in bonis libertorum, quod quidem per eminentiam *ius patronatus* vocati solet. *Titul.4.de bonis libertorum & iure patronatus.*

Tertiò ius patronatus consistit in reuocandis iis quæ in necem suam, i. in fraudem à libertis alienata sunt vsque ad legitimam partem seu portionem, *Tit.5. Si in fraudem patroni à libertis*

bertis alienatio facta sit. Quartò cõsistit ius patronatus in obsequiis quibusdam quæ patrono à libertis debentur. Veluti, vt ne libertus aduersus patronum famosam actionem instituere possit, vt ne protinus ad litigandum cum patrono procedere debeat, adeo quidem vt hæc obsequia & similia, etiam patronæ, etiam liberis patroni damnati debeantur, *Titu.6. De obsequijs patrono præstādis*. Quintò Ius patronatus consistit in actione ingrati seu actione impietatis, qua liberti probatis causis ingratitudinis in seruitutem reuocantur, *Tit.7. de libertis & eorum liberis*. Et hæc duo postrema ita demum, nisi liberti ius aureorum annulorum impetrauerint, vel natalibus restituti sint, *Titu.8. De iure aureorum annulorum, & de natalibus restituendis*.

Ingenuorum succeſſiones ſequuntur, Sunt autem Prætoriæ vel Ciuiles.

Ad *Prætorias* ſucceſſiones, quæ *bonorum poſſeſſiones* dicuntur, pertinent 12. Tituli ſequentes, atque in genere primum præmittitur *Tit. 9. Qui admitti ad bonorum ſucceſſionem poſſunt, & intra quod tempus. Titulus item* 10. *Quando non petentium partes petentibus adcreſcant.*

Bonorum poſſeſſiones autem vel dantur ex teſtamento vel ab inteſtato. Ex teſtamento, i. teſtamento condito, idque dupliciter vel ſecundum tabulas teſtamenti, *Titul. 15. de bonorum ſucceßione ſecundum tabulas*: vel contra Tabulas. *Tit. 12. De bonorum poſſeßione contra tabulas quam prætor liberis pollicetur. Et tit. 13. De b. p. c. t. liberti.*

Ab inteſtato bonorum poſſeſſiones ſequuntur. Ac primum

mùm bonorum possessio vnde liberi, quæ liberis competit in bonis parentum, *tit.14.vnde liberi.* Secundò quæ legitimis agnatis, vt & quæ cognatis, *titul. 15.vnde legitimi & vnde cognati.* In his duabus Prætoriæ successionis speciebus obseruandum est, successorio edicto locum esse, i. liberos, agnatos, & cognatos si omittant vel repudiēt successionem, eam transmittere ad insequentem gradum, *tit. 16.de successorio edicto.* Ad successionem vnde liberi pertinet quoque Edictū Carbonianum. Nam etsi impuberibus status controuersia moueatur, nihilominus eis bonorum possessio interim datur, dilata status quæstione in tempus pubertatis, *titul. 17. de Carboniano edicto.*

Post superiores bonorum possessionis gradus sequitur a-

lius, quo mutuæ ſucceſſionis ius inter coniuges ſuperioribus deficientibus tribuitur, *titul.*18. *Vnde vir & vxor*. Atque hæc de iis quibus bonorum poſſeſſio ab inteſtat. defertur. Succedunt duo Tituli qui pertinent ad repudiationes huius iuris, & ad collationes bonorum, *tit.*19. *de repudianda bonorum poſſeßione*, *tit.*20. *de collationibus*.

2. *Ciuilis* ſucceſſio ſequitur: Ac primùm ea quæ ex teſtaméto defertur: quò pertinent tituli 33. huius libri. In teſtamentaria ſucceſſione ſequentia capita ſpectentur. Primum eſt de ſingulari quodam teſtandi iure quod militibus conceſſum eſt, non obſeruatis iuris ſolennibus, *Tit.*21. *de teſtamento militis*. Secundum caput eſt de cauſa efficiente teſtamenti, i. quibus liceat teſtari vel non liceat. *titu.* 22. *Qui teſtamenta facere poßint vel*

vel non. Tertiũ caput eſt de forma ſeu ſolennibus teſtamentorum, *titul. 23. de teſtamentis & quemadmodum teſtament. ordinentur*. Quartum caput eſt de materia teſtamentorum intrinſeca. Materia autem hęc triplex eſt. Vel enim *hereditas* teſtamento defertur, vel legatum vel fideicommiſſum.

Heredis inſtitutio eſt vel prima vel ſecunda. De prima agitur. *tit. 24. De heredibus inſtituendis, & quæ perſonæ heredes inſtitui non poſſunt*, Quæ vt & ſecunda, ſub certis ſæpe conditionibus defertur, *tit. 25. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus, & reſtitutionibus ſub conditione factis*. Secunda heredis inſtitutio eſt, quæ vulgò *ſubſtitutio* dicitur, *tit. 27. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus*.

Qualitas heredum varia eſt: Alij quippe ſunt neceſſarij, *titu.*

27. *de necessariis seruis heredibus instituendis*, alij verò sui & necessarij, vt sunt liberi, *titul.* 28. *de liberis præteritis vel exheredatis*. Neque tantum nati, sed & nascituri, *tit.* 29. *de posthumis heredibus instituendis*.

Post species heredũ sequitur vltima visio circa hereditates, quę est ipsa hereditatis adquisitio, quo pertinẽt 6. sequẽtes tituli, *ti.* 30. *de iure deliberãdi, & de adeũda vel adquirẽda hered. ti.* 31. *De repudianda vel abstinenda heredit.* Item *titul.* 32. *Quemadmod. testam. aperiantur, inspiciantur & describ. tit.* 33. *De Edicto D. Hadriani tollendo, & quemadmodum scriptus heres in possessionem mittatur*. Sed & certis casibus hereditas alicui aufertur & eripitur, veluti Si quis defunctum testari coëgerit vel impediuerit, *titul.* 34. *Si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit.*

gerit. Item velut indigno quandoque hereditas aufertur: veluti, si necem defuncti inultam reliquit, *titul.*35. *De his quib. vt indignis hereditates auferuntur, & ad Senatusconsultum Syllanianum.*

Superioribus omnibus colophonis loco subiungitur Titulus de Codicillis, quia scilicet codicillis hereditas relinqui non potest: Cætera relinqui possunt quæ sequuntur *titu.*36. *de Codicillis.*

2. *Legata* ad materiam testamentorum quoque pertinent, de quibus in genere agitur, *tit. de legatis* 37.

Circa legata sequentes quæstiones incurrunt. Prima est de Verborum significatione ad legata pertinentium, *titul.*38. *de verborum & rerum significatione.*

Secunda quæstio est de le-

gatorum validitate. Consistunt igitur legata, etsi quis in fraudem legatariorum ab intestato succedere maluerit, *titul.* 39. *Si omissa sit causa testamenti.* Item legata nihilominus valent, etiã si quis conditioni quandoque appositæ non paruerit, veluti si sub conditione viduitatis relictum aliquid fuerit. *titu.* 40. *De indicta viduitate & l. Iulia Miscella tollenda.* Item si pœnæ nomine relictum quid fuerit, legatum nihilominus valet, *titu.* 41. *de his quæ pœna nomine in testamento scribuntur.*

3. *Fideicommissa* ad materiam testamentorum quoque spectant, de quibus agitur, *titu.* 42. *de fideicommissis.*

Tandem *Communia* complurima legatis & fideicommissis subiiciuntur *Titul.* 11. sequentibus. Et quidem in genere: *tit.* 43. *Communia de legatis & fidei-*

fideicommissis. Speciatim verò de falsa causa adiecta legato vel fideicommisso, quæ certè neque legato neque fideicommisso obest. *titul*. 44. *De falsa causa adiecta legato vel fideicommisso*. Secundò de modo, legato vel fideicommisso adiecto, qui omninò explendus est, *Titu*. 45. *De his quæ sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur*.

Tertiò de conditione legato vel fideicommisso inserta, *ti*. 46. *De conditionibus insertis tam legatis quàm fideicommissis*. Cōmune & illud habent legata, vt post litem contestatam, atque adeò post moram, vsuræ & fructus legatorum & fideicommissorum præstari debeant. *tit*. 47. *de vsuris & fructibus legatorum seu fideicommissor*. Commune & illud habent, vt etiam incertis personis relinqui possint, *tit*. 48. *de incertis personis*. Item

& illud, vt legata & fideicommissa quandoque falci & Falcidiæ subiaceant, quò pertinet *ti.* 49. *ad SC. Trebellian. tit.* 50. *ad l. Falcidiam.* Sed & hoc, vt caducorum leges in his hodie locum amplius non obtineant, *Tit.* 51. *de caducis tollendis.* Cuius Tituli appendix est sequens *tit.* 52. *de his qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt.* Communes sunt denique legatis & fideicommissis tituli duo sequẽtes, *Titul.* 53. *Quando dies legati vel fideicommissi cedit. & tit.* 54. *Vt ad possessionem legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa mittatur.*

3. *Legitimæ*, seu ab intestato, successiones octo titulis postremis continentur. Primus gradus successionis legitimæ est suorum seu liberorum, *titul.* 55. *de suis & legitimis liberis.* Et vicissim parentũ, etiam matrum, *titu.*

titu.56.ad SC.Tertullian. Cui vice versa succedunt liberi, *tit.57. ad SC. Orfician.* Tertius gradus est legitimorum heredum, i. agnatorum & cognatorum, *ti.58. de legitimis heredibus.*

His omnibus successionum gradibus communia quædam proponuntur, *titu.59. communia de successionibus.*

Mox & specialia quædam circa liberorum successiones, i. bona quæ ex liberorum successione deferuntur, pertractantur *tit. 60. de bonis maternis & materni generis.* In huiusmodi quippe bonis pater filio succedens, nudum vsumfructum obtinet, *titul.1. De bonis quæ liberis in potestate patris constitutis ex matrimonio vel alias adquiruntur.*

Deficientibus tandem superioribus omnibus intestati gradibus, fisco fit locus: Exceptis

tamen adhuc certis quibusdam casibus. Nam in hereditate Decurionis, nauicularij, cohortalis, militis, fabricensis fisco adhuc præferuntur curia, corpus nauiculariorum, cohors, legio aut vexillatio, fabrica. *tit. vltim. de hereditatibus Decurionum, nauiculariorum, cohortalium, militum & fabricensium*

LIBER VII.

DE CAVSA STATVS: de Titulis dominij & possessionis, & de reiudicata.

Respondet huic liber 40. 41. 42. Digestorum.

Concord. lib. 40. Digestorum.

SExtus fons Actionum est *Causa status.* Quò pertinet tractatus de manumissionibus: Ac primùm species manumissionũ pertractantur, puta vindicta

dictâ manumiſſio, *titu. 1. de vindicta libertate & apud concilium manumiſſione.* Deinde ea quæ Teſtamento fit, *titul. 2. de teſtamentar. manumiſſ.* Cui per legem Caniniam fibula impoſita erat, quam ſuſtulit Iuſtinianus, *tit. 3. de L. Fuſia Caninia tollenda.* Eáque non tantum directò ſed & per fideicommiſſum relinquitur verbis precariis, *titul. 4. de fideicommiſſariis libertat.* Erãt & aliæ manumiſſionum ſpecies, quibus non ciuitas Romana, ſed aliud genus libertatis inferius conferebatur, quæ libertatis ſpecies à Iuſtiniano ſublatæ fuerunt, *ti. 5. de Deditiтia libertate tollenda. Et titu. 6. de Latina libertate tollenda.* Et hæc de ſpeciebus manumiſſionum & libertatis.

Sequitur ſecunda inſpectio de *Seruis* quibuſdam, de quibus quæri ſolet, an & quomodo ma-

numitti possint, puta seruus communis inter plures, *tit.7.de communi seruo manumisso.* Seruus pignori datus, *titu.8.de seruo pignori dato manumisso.* Seruus Reipublicæ, *titu. 9.de seruis Reipub.manumittendis.* Seruus denique alienus, *titul.10. De his qui à non domino manumissi sunt.*

Tertia inspectio est de *dominis* manumittentibus: De quo est *titu.11. Qui manumittere non possunt, & ne in fraudem creditorum manumittatur.* Ac vt nonnulli seruos manumittere non possunt, ita viciſſim quidam sunt serui qui manumitti non possunt: veluti qui in perpetua vincula damnati sunt, Item qui testamento vetitus est manumitti propter pœnam, *tit.12.qui non possunt ad libertatem peruenire.* Sed & singulares sunt casus, quibus serui non à domino,

no, ſed publicè manumittuntur pro præmio, veluti ſi cædẽ domini *vindicauerint*, vel vt alij legere malunt, *indicauerint*, ſi publicorum quorundam criminum reos detulerint, veluti monetæ adulteratores, virginũ raptores, militiæ deſertores, *tit.* 13. *Pro quibus cauſis ſerui pro præmio libertatem accipiant.* Vice verſa quidam manumittuntur, neque tamen libertini fiunt, veluti, ſi qui ingenui ſunt, manumiſſi per errorem forte fuerint. *tit.*14.*de ingenuis manumiſſis.* Tandem ſubiungitur Titulus, quo communia quædam omnibus manumiſſionibus continentur, *titul.*15. *Communia de manumiſſionibus.*

Et hæc de prima ſtatus cauſa, i. cauſa libertinitatis: ſequitur ſecunda cauſa ſtatus, *Cauſa* inquam *liberalis*, i. qua quæritur quis liber ſit necne, *titul.*

16. De liberali causa.

Circa liberalem causam sequentes inspectiones occurrũt. Prima, Adsertore olim opus fuisse in liberali causa, i. eum de cuius statu quærebatur, siue è seruitute in libertatem proclamaret, siue è libertate ad seruitutem ab alio peteretur, non potuisse per se litigare: Verùm alio, qui eum adsereret iudicium peragente, liberalem causam actam. Quod Iustiniano displicuit, *tit.* 17. *de adsertione tollenda.*

Secunda inspectio est de iis qui ad libertatem proclamant. Neque enim omnibus ad libertatem proclamare licet, veluti Maioribus 20. annis qui ad precium participandum venundari se passi sunt. Item ex latronum familia descendentes, qui Principis authoritate serui facti

cti sunt; Neque enim hi libertatem relegere poterant. *tit.18. Quibus ad libert. proclamare non licet.*

Tertia inspectio est de ordine cognitionis liberalis. Status scilicet quæstio prius decidenda est, quam vlla alia, cum qua concurrit. *titul. 19. de ordine cognitionum.*

Quarta inspectio est de collusione inter seruum & dominum, vt seruus liber pronuntiaretur, *tit.29. de collusione detegenda.*

Quinta inspectio est de tempore post quod de statu alicuius quærere non licet. Neque enim post quinquennium de statu defuncti quærere licet, in peiorem videlicet partem: in meliorem quippe licet, *titul. 21. Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur.* Ad hũc etiam tractatum pertinet *Titu.*

21. *De longi temporis praescriptione qua pro libertate & non aduersus libertatem opponitur.*

Sexta inspectio est, quae tamen magis pertinet ad superiorem causam status, i. causam libertinitatis: Est enim de peculio manumissi, qua quaeritur, Quando peculium manumissum sequatur. *titul.* 23. *de peculio eius qui libertatem meruit.*

Septima inspectio est de modo libertatis amittendę singulari. Olim scilicet ex Senatusconsulto Claudiano mulier libera quae contra domini denunciationem sese alieno seruo iunxerat, ancilla fiebat cuius ille seruus erat, id quod à Iustiniano sublatum fuit *titul.* 24. *de Senatusconsulto Claudiano tollendo.*

Concordat lib. 41. Digest.

Septimus Actionum fons sunt *Tituli dominij* vel possessionis adquirendae, quò pertinet

net primum *titul.* 25. *de nudo iure Quiritum tollendo.* Secundo Tractatus de Vſucapionibus. Qua parte primùm tituli ipſi vſucapionum pertractantur ſpeciatim, *titu.* 26. *de vſucapione pro emptore, vel tranſactione, tit.* 27. *de vſucapione pro donato, titul.* 28. *de vſucapione pro dote, titul.* 29. *de vſucapione pro herede.* Mox communia quædam vſucapionibus omnibus pertractantur, *titu.* 30. *communia de vſucapionibus.*

Secunda inſpectio eſt de rebus quæ in vſucapionem cadunt. Magna enim olim erat differentia rerum quo ad vſucapiones, quæ ſublata eſt à Iuſtiniano, *titu.* 31. *de vſucapione transformanda, & de ſublata differentia rerum, &c.*

Tertia inſpectio eſt de poſſeſſione ſine qua vſucapio neq; præſcriptio procedit, *titu.* 32. *De adquirēda & retinēda poſſeſſione.*

Quarta

Quarta inspectio est & postrema de Temporibus præscriptionum. Quò pertinent tituli octo, puta *Titulus* 35. *de præscriptione longi temporis* 10. *vel* 20. *annorum. titu.* 34. *In quibus causis cesset longi temporis præscriptio. titul.* 35. *quibus non obycitur longi temporis præscriptio. tit.* 36. *Si aduersus creditorem præscriptio opponatur. titul.* 37. *de quadriennij præscriptione. titul.* 38. *Ne rei dominicæ vel templorum vindicatio temporis præscriptione submoueatur, titul.* 39. *De præscriptione* 30. *vel* 40. *annorum, tit.* 40. *De annali exceptione, &c.*

Tertiò ad Titulos dominij adquirendi pertinet. *titul.* 41. *de alluuionibus & paludib. & pascuis ad alium statum translatis.*

Concordat. lib. 42. *Digestor.*

Octauus Actionum fons est *Res iudicata.* Iudicium autem est vel primæ vel secundæ instantiæ. Ad iudicium primæ instantiæ

ſtantiæ pertinent Tituli 19. ſequentes. Qua parte ſequentes occurrunt tractatus. Primus eſt de Summorum Iudicum ſententiis à quibus appellare non licet: Cuiuſmodi eſt Pręfectus prætorio. *Tit.*42. *de ſententiis Præfectorum prætorio.*

Secundus eſt de forma ſententiæ proferendæ. Ad formam igitur regulariter requiritur partium præſentia, *Tit.*43. *Quomodo & quando Iudex ſententiã proferre debeat præſentibus partibus, vel vna parte abſente.* Item requiritur vt ſententia recitetur ex periculo, i. vt ex ſcripto recitetur, Id enim eſt periculũ, *Tit.* 44. *de ſententiis ex periculo recitandis.* Tertiò requiritur vt condemnationem vel abſolutionem cõtineat, alioquin ſententia non eſt. Quod tamen de definitiua ſententia non de interlocutoria accipi oportet, *Ti.*

45. *de sententiis & interlocutionibus omnium Iudicum.*

Quartò sententiam certam esse oportet, i. pecuniæ vel rei certæ, alioquin sententia non est, *titul.* 46. *de sententia quæ sine certa quantitate profertur.* Ac maximè quando incerta petitio actoris est. *titu.* 47. *de sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur.* Quintò, Sententiam à competente iudice latam oportet, alioquin sententia non est. *Titul.* 48. *Si à non competente Iudice iudicatum esse dicatur.* Item si à Iudice corrupto. *Titu.* 49. *de pœna Iudicis qui malè iudicauit, vel eius qui Iudicem vel aduersarium corrumpere curauit.* Item si decessoris sui sententiam posterior Iudex retractet, *titul.* 50. *Sententiam rescindi non posse.* Sextò, Iudicem fructuum & expensarum rationem habere oportet, *titul.* 51. *de fructibus & litium*

litiū expensis. Postremus tractatus est de authoritate rei iudicatæ, eiúsque executione: Quo pertinent quinque tituli: puta *Titul. 52. de re iudicata. titul. 53. de executione rei iudicatæ. titul. 54. de vsuris rei iudicatæ. titu. 55. si plures vna sententia condemnati sunt. titu. 56. Quibus res iudicata non nocet.* A re iudicata remouentur, i. rei iudicatæ authoritatem non habent sequentia. Primum Comminationes & Epistolæ, *titul. 57. Comminationes, Epistolas, programmata, subscriptiones, authoritatem rei iudicatæ non habere.* Item res iudicata ex falsis instrumentis vel testimoniis. *titu. 58. Si ex falsis instrumētis vel testimoniis iudicatum sit.* Contra rei iudicatæ authoritatem habet confessio in iure facta: confessi quippe pro iudicatis habentur: *Titul. 59. de confessis.* Item iudicati vim non habet

quod inter alios iudicatum est, *tit.60. Inter alios acta vel iudicata alijs non nocere.*

Secunda instantia iudicium fit vel per relationem vel per appellationem. Per relationem, i. cùm Iudex incertus quid inter partes pronuntiandum habeat, ad Principem ea de re refert. *tit.61. de relationib.* Per *Appellationem*, quoties ipsæmet partes ad maiorem Iudicem prouocant. Ad quem appellationum tractatum pertinēt Tituli 9. sequentes. Ac primum in genere agitur de appellationib. *titul.62. de appellat.* Speciatim verò intrà quæ tempora appellandum sit. *tit. 63. de temporibus & reputationibus appellationum.* Secundò, quando appellatio superflua fit. *Titul. 64. Quando prouocare non est necesse.* Tertiò vice versa Quorum appellationibus nihil deferatur, atque a-

de ò

deò ſententia non obſtante appellatione executioni mandetur, *tit. 65. Quorum appellationes non recipiantur.* Quartò, morte appellantis non extingui appellationem, ſed ad heredem tranſmitti. *tit. 66. Si pendente appellatione mors interuenerit.* Quintò omiſſam appellationē non repeti quocunque prætextu, etiam metus, niſi vis adhibita fuit, *Titul. 67. De his qui per metum Iudicis non appellarunt.* Item, Niſi vna eadémque cauſa ſit inter plures, & vnus tantùm appellauerit, & obtinuerit in cauſa appellationis, eius victoria correo non appellanti prodeſt. *titul. 68. Si vnus ex pluribus non appellauerit.* Sextò, Non licere appellare in cauſa momenti, id eſt momentariæ poſſeſſionis & interdicti, *titul. 69. Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum.* Denique non licere

16. *De liberali causa.*

Circa liberalem causam sequentes inspectiones occurrũt. Prima, Adsertore olim opus fuisse in liberali causa, i. eum de cuius statu quærebatur, siue è seruitute in libertatem proclamaret, siue è libertate ad seruitutem ab alio peteretur, non potuisse per se litigare: Verùm alio, qui eum adsereret iudicium peragente, liberalem causam actam. Quod Iustiniano displicuit, *tit.* 17. *de adsertione tollenda.*

Secunda inspectio est de iis qui ad libertatem proclamant. Neque enim omnibus ad libertatem proclamare licet, veluti Maioribus 20. annis qui ad precium participandum venundari se passi sunt. Item ex latronum familia descendentes, qui Principis authoritate serui fa-

cti

cti sunt; Neque enim hi libertatem relegere poterant. *tit.* 18. *Quibus ad libert. proclamare non licet.*

Tertia inspectio est de ordine cognitionis liberalis. Status scilicet quæstio prius decidenda est, quam vlla alia, cum qua concurrit. *titul.* 19. *de ordine cognitionum.*

Quarta inspectio est de collusione inter seruum & dominum, vt seruus liber pronuntiaretur, *tit.* 29. *de collusione detegenda.*

Quinta inspectio est de tempore post quod de statu alicuius quærere non licet. Neque enim post quinquennium de statu defuncti quærere licet, in peiorem videlicet partem: in meliorem quippe licet, *titul.* 21. *Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur.* Ad hũc etiam tractatum pertinet *Titu.*

22. *De longi temporis præscriptione quæ pro libertate & non aduersus libertatem opponitur.*

Sexta inſpectio eſt, quæ tamen magis pertinet ad ſuperiorem cauſam ſtatus, i. cauſam libertinitatis: Eſt enim de peculio manumiſſi, qua quæritur, Quando peculium manumiſſum ſequatur. *titul.* 23. *de peculio eius qui libertatem meruit.*

Septima inſpectio eſt de modo libertatis amittendę ſingulari. Olim ſcilicet ex Senatuſconſulto Claudiano mulier libera quæ contra domini denunciationem ſeſe alieno ſeruo iunxerat, ancilla fiebat cuius ille ſeruus erat, id quod à Iuſtiniano ſublatum fuit *titul.* 24. *de Senatuſconſulto Claudiano tollendo.*

Concordat lib. 41. Digeſtorum.

Septimus Actionum fons ſunt *Tituli dominij* vel poſſeſſionis adquirendæ, quò pertinet

net primum *titul.* 25. *de nudo iure Quiritum tollendo.* Secundo Tractatus de Vſucapionibus. Qua parte primùm tituli ipſi vſucapionum pertractantur ſpeciatim, *titu.* 26. *de vſucapione pro emptore, vel tranſactione, tit.* 27. *de vſucapione pro donato, titul.* 28. *de vſucapione pro dote, titul.* 29. *de vſucapione pro herede.* Mox communia quædam vſucapionibus omnibus pertractantur, *titu.* 30. *communia de vſucapionibus.*

Secunda inſpectio eſt de rebus quæ in vſucapionem cadunt. Magna enim olim erat differentia rerum quo ad vſucapiones, quæ ſublata eſt à Iuſtiniano, *titu.* 31. *de vſucapione transformanda, & de ſublata differentia rerum, &c.*

Tertia inſpectio eſt de poſſeſſione ſine qua vſucapio neq; præſcriptio procedit, *titu.* 32. *De adquirẽda & retinẽda poſſeſſione.*

Quarta

Quarta inſpectio eſt & poſtrema de Temporibus præſcriptionum. Quò pertinent tituli octo, puta *Titulus* 35. *de præſcriptione longi temporis* 10. *vel* 20. *annorum. titu.* 34. *In quibus cauſis ceſſet longi temporis præſcriptio. titul.* 35. *quibus non obycitur longi temporis præſcriptio. tit.* 36. *Si aduerſus creditorem præſcriptio opponatur. titul.* 37. *de quadriennij præſcriptione. titul.* 38. *Ne rei dominicæ vel templorum vindicatio temporis præſcriptione ſubmoueatur, titul.* 39. *De præſcriptione* 30. *vel* 40. *annorum, tit.* 40. *De annali exceptione, &c.*

Tertiò ad Titulos dominij adquirendi pertinet. *titul.* 41. *de alluuionibus & paludib. & paſcuis ad alium ſtatum tranſlatis.*

Concordat. lib. 42. *Digeſtor.*

Octauus Actionum fons eſt *Res iudicata.* Iudicium autem eſt vel primæ vel ſecundæ inſtantiæ. Ad iudicium primæ inſtantiæ

ſtantiæ pertinent Tituli 19. ſequentes. Qua parte ſequentes occurrunt tractatus. Primus eſt de Summorum Iudicum ſententiis à quibus appellare non licet: Cuiuſmodi eſt Pręfectus prætorio. *Tit.42. de ſententiis Præfectorum prætorio.*

Secundus eſt de forma ſententiæ proferendæ. Ad formam igitur regulariter requiritur partium præſentia, *Tit.43. Quomodo & quando Iudex ſententiã proferre debeat præſentibus partibus, vel vna parte abſente.* Item requiritur vt ſententia recitetur ex periculo, i. vt ex ſcripto recitetur, Id enim eſt periculũ, *Tit. 44. de ſententiis ex periculo recitandis.* Tertiò requiritur vt condemnationem vel abſolutionem cõtineat, alioquin ſententia non eſt. Quod tamen de definitiua ſententia non de interlocutoria accipi oportet, *Ti.*

45. *de sententiis & interlocutionibus omnium Iudicum.*

Quartò sententiam certam esse oportet, i. pecuniæ vel rei certæ, alioquin sententia non est, *titul.* 46. *de sententia quæ sine certa quantitate profertur.* Ac maximè quando incerta petitio actoris est. *titu.* 47. *de sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur.* Quintò, Sententiam à competente iudice latam oportet, alioquin sententia non est. *Titul.* 48. *Si à non competente Iudice iudicatum esse dicatur.* Item si à Iudice corrupto. *Titu.* 49. *de pœna Iudicis qui malè iudicauit, vel eius qui Iudicem vel aduersarium corrumpere curauit.* Item si decessoris sui sententiam posterior Iudex retractet, *titul.* 50. *Sententiam rescindi non posse.* Sextò, Iudicem fructuum & expensarum rationem habere oportet, *titul.* 51. *de fructibus & litium*

litiū expensis. Postremus tractatus est de authoritate rei iudicatæ, eiúsque executione: Quo pertinent quinque tituli: puta *Titul.* 52. *de re iudicata. titul.* 53. *de executione rei iudicatæ. titul.* 54. *de vsuris rei iudicatæ. titu.* 55. *si plures vna sententia condemnati sunt. titu.* 56. *Quibus res iudicata non nocet.* A re iudicata remouentur, i. rei iudicatæ authoritatem non habent sequentia. Primum Comminationes & Epistolæ, *titul.* 57. *Comminationes, Epistolas, programmata, subscriptiones, authoritatem rei iudicatæ non habere.* Item res iudicata ex falsis instrumentis vel testimoniis. *titu.* 58. *Si ex falsis instrumētis vel testimoniis iudicatum sit.* Contra rei iudicatæ authoritatem habet confessio in iure facta: confessi quippe pro iudicatis habentur: *Titul.* 59. *de confessis.* Item iudicati vim non habet

quod inter alios iudicatum est, *tit.60.Inter alios acta vel indicata alijs non nocere.*

Secunda instantia iudicium fit vel per relationem vel per appellationem. Per relationem, i. cùm Iudex incertus quid inter partes pronuntiandum habeat, ad Principem ea de re refert. *tit.61.de relationib.* Per *Appellationem*, quoties ipsæmet partes ad maiorem Iudicem prouocant. Ad quem appellationum tractatum pertinēt Tituli 9. sequentes. Ac primum in genere agitur de appellationib. *titul.62. de appellat.* Speciatim verò intra quæ tempora appellandum sit. *tit. 63. de temporibus & reputationibus appellationum.* Secundò, quando appellatio superflua fit. *Titul. 64. Quando prouocare non est necesse.* Tertiò vice versa Quorum appellationibus nihil deferatur, atque adeò

deò ſententia non obſtante appellatione executioni mandetur, *tit. 65. Quorum appellationes non recipiantur.* Quartò, morte appellantis non extingui appellationem, ſed ad heredem tranſmitti. *tit. 66. Si pendente appellatione mors interuenerit.* Quintò omiſſam appellationē non reperi quocunque prætextu, etiam metus, niſi vis adhibita fuit, *Titul. 67. De his qui per metum Iudicis non appellarunt.* Item, Niſi vna eadémque cauſa ſit inter plures, & vnus tantùm appellauerit, & obtinuerit in cauſa appellationis, eius victoria correo non appellanti prodeſt. *titul. 68. Si vnus ex pluribus non appellauerit.* Sextò, Non licere appellare in cauſa momenti, id eſt momentariæ poſſeſſionis & interdicti, *titul. 69. Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum.* Denique non licere

ter prouocare in vna & eadem causa, *tit.* 70. *Ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouocare.*

Sequuntur affinia rei iudicatæ, tũ & rei iudicatæ executio. Iudicato affine est bonorum cessio. *titul.* 71. *Qui bonis cedere poss.* Ad executionem iudicati pertinent sequentes quatuor Tituli postremi. Executio videlicet iudicati fit per missionem in possessionem sępè bonorum eius qui iudicatus est. Quo genere pignus prætorium constituitur, eámque possessionem sequitur proscriptio & distractio sub hasta. *titul.* 72. *De bonis authoritate Iudicis possidendis seu venundandis.* Cæterùm hac parte, possessis ex edicto Prætoris iudicati bonis & venditis, habenda est inprimis ratio eorum creditorum qui priuilegiarij sunt, seu vt vulgo dici solet, qui habent

bent ius protopraxias, qualis est fiscus, *tit.23. de priuilegio fisci*: qualis est mulier dotem suam repetens, *titul. 74. de priuilegio dotis*. Sed neque bona tantum possessa & distracta creditoribus soluendis cedunt, verùm etiam illa quæ in fraudem creditorum alienata sunt, actione Pauliana reuocantur, *titul. vlt. De reuocandis his quæ in fraudem creditorum alienata sunt*.

LIBER VIII.

DE POSSESSIONE, seu Interdictis, Hypotheca, Exceptionibus, & nonnullis alijs.

Respondent huic liber 43. 4. 5. 6. Dig.

NOnus Actionum fons est *Possessio*, vel quasi possessio, quo pertinet tractatus de

Interdictis. Nihil enim aliud sunt interdicta quàm formulæ quibus Prętor possessionem rei controuersæ interim dum de proprietate litigatur, apud alterutrum litigatorum collocari iubet. Interdicta quasi interim dicta, non vt Cuiacio placet inter duos dicta. De interdictis in genere agitur, *tit.* 1. Speciales tituli sequuntur De interdictis, puta interdictum Quorum bonorum, quod interdictum datur ei cui Prætor dedit bonorũ possessionem ex testamento vel ab intestato ad persequendum patrimonium, quod cuiusque cùm moreretur fuit. *tit.* 2. *Quorum bonorum.* Item interdictum Quorum legatorum, quod cõpetit heredi aut bonorum possessori ad adipiscendam possessionem eorum quæ à legatariis propria authoritate occupata fuerunt.

fuerunt. *Tit.3. Quod legatorum.* Et hæc quidem duo interdicta sunt adipiscendæ possessionis. Interdictum quod sequitur, est recuperandę possessionis, quod interdictum *vnde vi* dicitur: si quis vi de possessione fundi vel ædium deiectus fuerit, *tit.4. Vnde vi.* Cuius Tituli appendix est *titul.5. Si per vim vel alio modo absentis perturbata sit possessio.* At retinendæ possessionis interdictum est Interdictum Vti possidetis. Quod interdictum pertinet ad res immobiles, quodque datur ei qui tempore redditi interdicti nec vi nec clam nec precario possidet: eadémque est ratio interdicti rerum mobilium nomine aut se mouentium, quod interdictum *vtrubi* vocatur, *titul.6. Vti possidetis.* Exhibitoria interdicta sequuntur, *titul.7. & 8. De tabulis exhibendis, & de liberis exhiben-*

dis. Poſtremo loco ſubiicitur Precarium & Saluianum. Precarium interdictum quo ſcilicet res petenti precibus conceſſa, ei qui conceſſit, reſtituitur: Saluianum verò interdictum, quod datur locatori ad perſequendam poſſeſſionem rerum conductoris pro mercede ſeu penſione pignori obligatarum tacitè vel ſpecialiter, *tit.9.de Precario & Saluiano interdicto*. Ædificiorum denique nomine interdicta quoq; competunt: ædificiorum, inquam vel priuatorum vel publicorũ. Priuatorum, de quo agitur *titu.* 10.*de ædificijs priuatis*. In quo titulo potiſſimum tractatur de modo & forma priuatorum ædificiorum, de refectione & demolitione eorum. Eodémque pertinet *titul.* 11. *De noui operis nuncupatione*: Si quis videlicet contra veterem formam nouũ

aliquod

aliquod opus faciat in fraudē vicini. Publicorum, *titul.12. de operibus publicis, & titu.13. De ratiociniis operum publicorum.*

Decimus Actionum fons est *Hypotheca*: quò pertinent Tituli 22. Ac primò de pignoribus in genere agitur, *titul.14. de pignorib. & hypothecis.* In specie verò primùm de pignorum speciebus tractatur, & primò de Tacito pignore, *titu.15. in quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.* Secundò, De pignore Conuentionali, quando videlicet res aliena pignori dari possit, *titul. 16. si aliena res pignori data sit.* Item quæ res aliæ pignori dari nō possint, velut i monumenta, serui, boues aratores & similia, *titul.7. quæ res pignori obligari possunt, vel non.* Item, de re eadem pluribus creditoribus pignori data. Qua parte hæc Regula tenenda est,

Respōdet huic liber 20. Digestor.

Priorem tempore præferri posteriori. *tit.* 18. *Qui potiores in pignore habeantur*, atque adeò posteriores excludi, nisi aut priuilegiati sint, *dicto tit.* Item, nisi in priorum creditorum locum successerint, offerendo videlicet eis & soluendo pecuniam debitam cum vsuris, *titul.* 19. *De his qui in priorum creditorum locum succedunt.* Dixi offerendo & soluendo. Aliud enim fuerit si antiquior creditor extraneo pignus vendiderit. *ti.* 20. *si antiquior creditor pignus vendiderit extraneo.* Huiusmodi enim pignus posterior creditor oblata pecunia euincere non potest: sera est posterioris creditoris hoc casu oblatio.

Res communis quoque pro parte collegæ non consentientis obligari non potest. *titu.* 21. *Si communis res pignori data sit.*

Tertia

Tertia species pignoris est pignus prætorium, quod est missio in possessionem rerum debitoris, vt interea dum soluitur, in tutò ei sit creditum, *tit. 22. de pratorio pignore, & vt in actionibus debitorum mißio pignoris procedat*. Postrema species pignoris est pignus *Iudiciale*, quod ex causa iudicati, ex bonis condemnati capit executor rei iudicatæ iussu Magistratus, *titul. 23. Si in causa iudicati pignus captum sit.*

Tertius tractatus est de effectu pignoris & de iure creditoris in pignore. Creditoris igitur ius in pignore hoc est, vt pignus pignori dare possit alij, cũ sua tamen causa, i. vt tamdiu secundum pignus duret, donec primus debitor debitum luerit, *titul. 24. Si pignus pignori datum sit.* Secundò accessio quoque pignoris, non minus quam

ipſum pignus pignori eſt. Veluti partus ancillæ pignoratæ. Item, fructus & operæ, quæ tamen poſtea in vſuras primum, mox in ſortem imputantur. *tit. 25. de partu pignoris & omni cauſa.* Tertiò, Remittitur viciſſim pignus vel remiſſum præſumitur certis cauſis & caſibus. *tit. 26. de remißione pignoris.* Neque tantum remiſſione pignus perimitur: verum etiam nouata debiti obligatione. *tit. 27. etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe.* Quartò, Præcipuum creditoris ius eſt, vt ceſſante in ſolutione debitore pignus diſtrahi poſſit. *tit. 28. de diſtractione pignorum.* Neque id debitor vllo modo impedire poteſt: veluti ſi quis cùm prædia quædam oppignoraſſet, teſtamento cauerit, ne qua prædia ſua extra nomen vel familiã ſuam vendantur: Hæc prohibitio

tio ius creditoris non lædit. *tit.* 29. *Debitorem venditionem pignoris impedire non posse*. Et hæc ita, si modo pignus iure venditum sit solennibus iuris obseruatis. *titul.* 30. *Si vendito pignore agatur.*

Vicissim, nisi integrum debitum creditori solutum fuerit, pignus à se dimittere creditor non cogitur, & pignus nihilominus distrahere potest, *ti.* 31. *De luitione pigno.* Quò pertinet etiam *tit.* 32. *Si vnus ex pluribus heredibus creditoris vel debitoris partem suum debiti soluerit vel acceperit.*

Ex superioribus igitur constat, finiri pignus remissione, distractione, luitione. Finitur item & reuocatur exceptione non numeratæ pecuniæ probata, *ti.* 33. *Si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ secuta non fuerit.* Postremum & vltimum cre-

creditoris ius est in pignore, vt dominium eius impetrare possit nō reperto extraneo emptore, idque à Principe & pro modo debiti, *titu.34. de iure dominij impetrando.* Ex conuentione enim seu pacto debitoris inter contrahendum conueniri non potest, vt non soluta ad diem pecunia pignus creditori committatur, id est, pleno dominij iure adquiratur. Est enim lex commissoria in pignoribus prohibita, *titu.35. de pactis pignorum & de lege commissoria in pignorib. rescindenda.*

Respōdet liber 44. Digesto.

Fontibus actionum exhaustis sequuntur *Exceptiones* seu reorum defensiones, quarum causa Magistratus adibatur, de quibus agitur in genere *Tit. de Exceptionibus 36.* Speciatim vero de Exceptione litigiosi, *ti.37. de litigiosis.*

Respōdet liber 45. Digesto.

Adibatur tandem Magistratus

tus vt de *Iure obligationis* cognosceretur. Quò pertinent Tituli nouem sequentes. Ac initio. De verborum obligatione agitur, quibus modis ea contrahatur, *titul.* 38. *de contrahenda & committenda stipulatione.* Quænam vtiles sint stipulationes, quęnam vicissim inutiles, *titul.* 39. *de inutilib. stipulationibus.* Item quando & quomodo inter plures reos stipulandi & promittendi diuidatur vel non diuidatur. *tit.* 40. *de duobus reis stipulandi & promittendi.* Et hæc quidem de iis qui suo nomine principaliter promittunt. Sequens Titulus est de his qui pro altero aliquid stipulanti promittunt salua manente priore obligatione rei principalis: Hi verò sunt fideiussores, *titul.* 41. *de fideiussoribus & mandatoribus.* Excipiunt seu sequũtur modi soluendæ obligatio-

nis,de quibus *tit.*42.*de nouationib.& delegationib.titu.* 43.*de ſolutionibus.tit.*44.*de acceptilationibus.* Euictionis alia eſt ratio: nam cui res euincitur empta, is aduerſus venditorem actionem habet.*tit.*45.*de euictionibus.* Aduerſus venditorem, non etiam aduerſus creditorem, veluti ſi creditor rem iure pignori vendiderit, de euictione non tenetur,*tit.*46.*Creditorem euictionem pignoris non debere.*

Adibatur & Magiſtratus de Patria poteſtate. Ac primùm de vi patriæ poteſtatis agitur.*titu.* 47.*de patria poteſtate.* Tum de modis adquirendæ eius & amittendæ, *tit.*48.*de adoptionib. titu.*49.*de emancipationib.liberorum*:Imò & *tit.*50.*de ingratis liberis.* Aduerſus emancipatum quippe filium ingrati actio datur per quam reſciſſa emancipatione ingratus in poteſtatē

patris.

patris redit, atque ita patria potestas restauratur. Eadémque vis est postliminij, *tit.* 51. *de postliminio reuersis & redemptis ab hostibus*. At diuersa est ratio infantium expositorum. Nam qui filium à partu recentem proiicit inhumaniter, & quodammodo ad mortem exponit, nequicquam in eum patriam potestatem vindicat, *titu.* 52. *de infantib. expositis.*

Agebatur & de longa *Consuetudine, ti.* 53. *Quæ sit longa consuetudo.*

Agebatur & de *Donationib.* Quò pertinent Tituli 4. Ac primum agitur de donationibus in genere, *titu.* 54. *de donationib.* In specie verò de modalibus & conditionalibus, *tit.* 55. *De donationibus quæ sub modo vel conditione*, & quando donatio reuocari possit. *Tit.* 56. *de reuocandis dilationib.* Postrema species

Respōdet liber 39. Digestor.

ſubiicitur *titu.* 57. *de donationib. cauſa mortis.*

Agebatur quoque de priuilegiis coniugum & parentum. Viciſſim de pœnis cœlibum & orborum, quæ quidem tandem ſublatæ ſunt *tit. penult. de infirmandis pœnis cœlibatus.* Atque omnibus ſimul & ſemel ius liberorum, quod antea peti oportebat, conceſſum fuit, *ti. vlt. De iure liberorum.*

LIBER IX.

CRIMINA.

Reſpondent liber 47. 48. Digeſt.

CRiminale iudicium ſequitur, quod ad tria capita referri oportet. Primum caput eſt & pertinet ad delationes & accuſationes criminũ. Secundum caput complectitur ſingulas cri-

criminum ſpecies. Tertium & poſtremum, criminalem proceſſum & criminum vindictam continet.

Ad primum caput pertinent ſex priores Tituli. Qua parte primum quæritur, Quibuſnam liceat accuſationem inſtituere, *Titul. 1. De his qui accuſare non poſſunt.* Secundò forma accuſationis pertractatur: veluti an abſẽtes accuſari poſſint, an qui ſemel abſolutus eſt. Tandem de inſcriptione in crimen quæ ab accuſatore requiritur priuſquam ad accuſationem admittatur. *titu. 2. de accuſationibus & inſcriptionibus.* Poſt accuſationẽ ſequitur reorum abſentium exhibitio & tranſmiſſio, eorúmq; exhibitorum cuſtodia, *tit. 3. De exhibendis & tranſmittẽdis reis, & tit. 4. De cuſtodia reorum.* Cuſtodia inquam publica priuata enim illicita eſt, & grauiter pu-

niuntur qui priuati carceris custodiam exercent, *tit.5.de priuatis carceribus inhibendis.* Accusatio autem instituta morte rei vel accusatoris extinguitur, excepto perduellionis crimine *Tit.6. Si reus vel accusator mortuus fuerit.*

Secundem Caput vt dixi, complectitur criminum species : ac primùm eas, quæ vel Principē vel maiestatem Principis aut imperij, vel etiam securitatem attentant, *titul. 7. Si quis Imperatori maledixerit. Et tit.8.ad l.Iuliam maiestatis.*

Sequuntur species reliquæ. Ac primùm Crimen adulterij & stupri, *titul.9.ad leg. Iul. de adulteriis & stupro.* Ac speciatim stuprū admissum à tutore cum pupilla. *titu.*10. *Si quis eam cuius tutor fuerit corruperit.* Item stuprum quod mulier libera committit cum seruo proprio: cuius

pœna

pœna eſt in muliere capitis amputatio: in ipſo verberone ſiue ſeruo viuicomburium, *tit.* 11. *de mulieribus quæ ſe proprys ſeruis iunxerunt.*

Tertia ſpecies eſt *Vis* partim publica, quę fit cum armis, partim priuata quæ ſine armis, *tit.* 12. *ad l. Iuliam de vi publica & priuata.* Cui ſubnectitur *Tit.* 13. *de raptu virginum ſeu viduarum, necnon Sanctimonialium.*

Quartum crimen eſt immodicæ ſęuitię, quò pertinent duo Tituli, *Titul.* 14. *de emendatione ſeruorum, Et tit.* 15. *de emendatione propinquorum.*

Quintum crimen eſt homicidij, *titul.* 16. *ad l. Cornel. de ſicarys.* Cuius ſpecies atrociſſima parricidium *tit.* 17. *de his qui parentes vel liberos occiderunt.*

Sextum crimen eſt, quod propriè *maleficij* crimen vocatur, quo magię crimen & vene-

ficij comprehenditur, *titu.18.de maleficis & mathematicis.*

Septima species est læsæ religionis crimen : Quò pertinet *Titul.19.de sepulchro violato.*

Octaua species est, Vsurpationis indebitæ crimen, Quale est primum crimẽ plagij, quod contrahunt qui liberos aut seruos alienos supprimunt & vsurpant, vel etiam seruos, *titul.20.ad l.Fabiam de plagiarijs.* Alterum indebitæ vsurpationis exemplum est in libertinis, qui ingenuorum dignitatem & priuilegia temerè vsurpant & gerunt, quod crimen vindicatur lege Visellia, *titul.21.ad l. Visselliam.*

Nonum crimen est falsi crimen. Quò pertinent quatuor sequentes tituli, *tit.22.ad l.Cornel.de falsis.titu.23.de his qui sibi adscribunt in testamento.titu.24.de falsa moneta, & titul.25.de muta-*

mutatione nominis. Quod vltimum crimen contrahitur cum quis dolo malo nouum ſibi nomen imponit vel alienæ familiæ ſeſe inſerit.

Decimum crimen eſt, quod admittitur ab iis qui in officio publico conſtituti ſunt. Idque duplicis generis: vel ex honorũ ambitu, vel furti crimine. De ambitu eſt *Titul.26.ad l.Iuliam de ambitu*. At furti nomine ſeſe obligant Magiſtratus, vel dum Prouinciales ſuæ adminiſtrationi commiſſos depopulantur: quod crimen repetundarum dicitur. *titu. 27.ad l.Iul.Repetundar*. Vel dum publicam pecuniam interuertunt, quod crimen peculatus dicitur. *Titu. 28.de crimine peculatus*.

Vndecimum crimen eſt ſacrilegij, *titul. 29. de crimine ſacrilegij*.

Duodecimum eſt, pacis tur-

batæ, *tit.* 30. *de seditiosis & de his qui plebem contra Rempub. audent colligere.*

Tandem vt claudatur tractatus de publicis iudiciis criminalibus, subiicitur Regula, Ciuilem actionem criminali preiudicare non posse. *Titul.* 31. *Quando ciuilis actio criminali praiudicet.*

Sequuntur species priuatorum iudiciorum quæ ex maleficiis oriuntur : Cuius generis est expilata hereditas, *titul.* 32. *de crimine expilatæ hereditatis.* Rapina, *titu.* 33. *Vi bonorum raptorũ.* Stellionatus, quod admittitur cum quis vel rem iam alij pignoratam, vel alienam sciens pignori obligauit, & similibus huiusmodi fraudibus imposturis & dissimulationibus, veluti si quis gemmas vitreas vendiderit pro veris. *Tit.* 34. *de crimine stellionatus.* Item iniuria, *ti.* 35. *de*

de iniurijs. Et titu. 36. de famosis libellis.

Extraordinariorum criminum species postremum occupant locum, quæ videlicet extraordinaria pœna pro admissi ratione vindicantur, vt est abigeatus seu pecorum latrociniũ, veluti si grex ouium abductus sit, *titu.*37.*de abigeis.* Item aggerum Niloticorum ruptura. In Ægypto quippe certis aggeribus Nilus continebatur, *titu.*35. *de Nili aggeribus non rumpendis.* Denique occultatio latronum vel receptatio aliorum reorum, *tit.*39. *De his qui latrones vel alijs criminib. reos occultauerint.*

Tertium caput & postremũ est de processu criminali, & pœnis reorum. In processu criminali hæc incurrunt, citatoriũ edictum contra latitantes, *titul.* 40. *de requirendis reis.* Secundò tormenta ad eruendam verita-

tem, *titul.* 41. *de quæstionib.* Tertium est criminis & accusationis institutæ persecutio, quam deserere non licet citra abolitionem, *titul.* 42. *de abolitionib.* & *titul.* 43. *de generali abolitione.* Sed & intra biennium causæ criminales terminandæ sunt, alioquin accusator negligens in peragendo reo intra tempus constitutum punitur, *tit.* 44. *ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur.* Et longè maiore pœna, si non tantum ex negligentia ab accusatione destiterit, sed præuaricatorio animo, quò pertinet Senatusconsultum Turpilianum, *titul.* 45. *ad SC. Turpillianum.* Calumniatoris par ratio est *titul.* 46. *de calumniatorib.*

Postremo loco pœnæ criminum sequuntur. Ac primùm de pœnis in genere. *titul.* 47. *de pœnis.* Inter quas est bonorum con-

confiſcatio. Quo pertinent tres tituli. *tit.* 48. *Ne ſine iuſſu Principis certis Iudicib. liceat confiſcare. titu.* 49. *de bonis præſcriptorum ſeu damnatorum. titul.* 50. *de bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerunt.* Vice verſa ex Principis beneficio ſententiam paſſi & damnati quandoque reſtituuntur: de cuius reſtitutionis effectu agitur. *titul. poſtremo De ſententiam paſſis & reſtitutis.*

Hactenus de iure Sacro & Priuato.

LIBER X.

DE IVRE FISCALI, & Iure municipali.

Reſpondent huic libro pars vlt. libri 49. & pars prima lib. 50. Dig.

PVBLICVM Ius ſequitur, quod conſiſtit in Iure fiſci,

cis sua quædã & peculiaris est forma,vt & vis seu effectus,*tit.* 3.*de fide & iure hastæ fiscalis , & de adiectionib.* Inter cætera autem id peculiare est,vt socio inuito quantumuis partem minimam in re communi fiscus habeat,vendere possit, precio tamen socio pro parte dominij reseruato. *titul.* 4. *de venditione rerum fiscalium cum priuatis communium.* Retractare sanè seu euincere fiscus rem quam ritè vendidit non potest.*Titul.*5.*Ne fiscus rem quam vendidit euincat.* At qui pecuniam ex publicis rationibus fœnebrem accepit, bonis omnibus ablatis perpetuo deportatur. *titul.*6.*de ijs qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperint.*

Tertiò,In *Sententiis* exequẽdis & pœnis exigendis creditores fisco præferuntur , *titul.* 7. *pœnis fiscalibus creditores præfer-*

3.*Sententia pro fisco.*

ri. Sed nec vsuræ pœnæ inflictæ exiguntur, *titul.8.de fiscalibus vsuris*. Vicissim causæ contra fiscum iudicatæ ex causa legitima intra triennium tantùm retractari possunt, *Tit.9.de sententijs aduersus fiscum latis retractandis*.

4. *Bona fisco quæsita.*

Quartò, *Vacantia & caduca* bona fisco vindicantur: sed & thesauri.

Vacantia bona sunt: veluti si quis defunctus nullum heredé reliquerit ex testamento vel ab intestato, ex quacunque sanguinis linea vel iuris titulo: ea verò fisco acquiruntur: mox fisco incorporantur certo ordine seruato, *Titul.* 10. *De bonis vacantibus, & de incorporatione.* Ac sæpè ad priuatorum quorundam delationem, qui scilicet bona vacantia sicubi nossent fisco deferebant cum aliquo delationis præmio, *Tit.*11.

de

de delatoribus. Viciſſim huiuſmodi bona vacantia ſæpè Palatini, id eſt, in aula Principis conſtituti impetrabant & petebant. Verùm huiuſmodi mos petendi videlicet proſcriptorũ bona vel vacantia prohibitus fuit, vltro datis non prohibitis, i. ea à Principe vltrò dari poterant, *tit. 12. de petitionibus bonorum ſublatis*. Certis tamen caſibus caduca & vacantia bona non in totum fiſco adquirebãtur, verùm quandoque in tributum veniebat fiſcus cum aliis, i. caduca bona diuidebantur inter fiſcum & alium: veluti ſi quis ſeipſum detuliſſet. Nam ſi heres cuius in fraudem legũ tacitæ fidei commiſſum aliquid fuiſſet, idque detuliſſet, tertiam partem pro præmio ferebat. *Tit. 15. de his qui ſe deferunt*. Imo caſus quidam eſt, quo ab extraneo fiſcus penitus excluditur:

vt ecce si duobus Princeps cō-
muniter rem aliquam donauerit & horum alter sine herede decesserit, socius eius fiscum excludet, *titul.*14. *Si liberalitatis Imperialis socius sine herede decesserit.*

Thesauri vacantibus bonis tempus fuit cùm connumerarentur: Thesauros quippe inuentos à priuatis fiscus vel in totum vel pro parte olim occupabat, vt docet *lex* 1. *Cod. Theod. de thesauris.* Verùm id abrogatur *Titul.*15. *de thesauris.*

5. *Tributa.*

Postremo Ius fisci consistit in functionibus, i. *Tributis* & annonis. De quibus agitur à *Tit.*16. ad 30. inclusiue. Tributa autem huiusmodi vel sunt necessaria vel sunt voluntaria. Necessaria quæ necessariò soluenda erant fisco, de quibus agitur in genere, *titu.*16. *de annonis & tributis.* In specie postea

agitur

agitur de indictione tributorum, de exactione & de condendis iis in publicis horreis. De *Indictione* tributorum agitur *tit.17.de indictionibus.& tit. 18.de superindicto.*

2. Ad *Exactionem* Tributorum pertinent Tituli 7.sequentes: Quibus agitur de exactorũ ipsorum officio, nominibus & numero. *Titul.19.de exactoribus tributorum.* Mox de superexactorum, i.vltra debitum exigẽtium & prouinciales concutientium pœna, *titul. 20. de superexactionibus.* Tertiò, de *Efficacia,* id est, instantia in tributis exigendis adhibenda. Quò pertinet pignorum capio tributorum non solutorum causa, *titu. 21. de capiendis & distrahendis pignoribus tributorum causa.* Quartò, de securitate prouincialium posteaquam tributa soluerant: quò pertinet *titulus*

22. de apochis publicis: *& titulus 23. de canone largitionum titulorum*; id est, de solenni intributione. Quintò, quænam à prouincialibus exigi non possint: Operarum scilicet præbitio à rusticis prohibita est, ne tristis rusticorum abductio ab opere rustico ipsas quoque vrbes perdat, *titul. 24. Ne opera à collatoribus exigantur*. Postremò, Ab omnibus exigenda esse tributa, & immunitatem nemini esse concedendam, ne alioquin vel paucorum immunitas cæteros prægrauet, *Titu. 25. de immunitate nemini concedenda*.

Tertiò de *Condendis* in publicis horreis tributis, & quemadmodum expendi debeant, custodiri & mensurari, sartáque tecta conseruari. *titul. 26. de conditis in publicis horreis*.

Hactenus ordinaria tributa. Sequuntur *Extraordinaria*, triplicis

plicis generis. Extraordinaria enim sunt quę præter ordinaria exiguntur, vt est coemptio specierum, i. vt vrgente necessitate priuati cogantur fisco vendere species sibi superfluas, *titul. 27. Vt nemini liceat in emptione specierum se excusare.*

Secunda species extraordinariorum tributorum est, cum non omnibus, sed certo tantum generi possessionum necessitate eadem vrgente tributa extra ordinem imponuntur. Veluti, donatis olim à Principe possessionibus. Item, releuatis possessionibus, i. quæ à tributis olim immunes factę sunt à Principe, *tit. 28. de collatione donatorum vel releuatorum.* Tertia extraordinariorum tributorum species est, quoties videlicet extra ordinem alia species pro alia exigitur: veluti aurum in specie pro ære, *tit. 29. de collatione æris.*

Tandem subiicitur. *titul.* 30. *de discussoribus*: quo agitur de iniquitate discussorum, i. iniquo facto eorum qui discutiunt, quid quisque pro rata possessionum conferre debeat.

MVNICIPALE ius. 1. Senatus municipalis.

MVNICIPALE *Ius* sequitur: quod sequentibus capitibus absoluitur.

Primùm de *Senatu* municipali; id est, de Decurionibus, quò pertinent *tituli* 7. Ac primùm in genere de iis *Tit.* 31. *de Decurionibus.* Secundò de *personis* Decurionum. Serui scilicet & liberti Curia arcentur, *tit.* 32. *Si seruus aut libertus ad decurionatum adspirauerit.* Tertiò, De *Rebus* ad Decuriones pertinentibus. Prædia scilicet Decurionum sine decreto alienari non poterant, *titul.* 33. *de prædiis decurionum sine decreto non alienandis.* Item si extraneus succedat curiali, quarta pars bonorum

rum penes curiam remanere debebat. *titul.* 32. *Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum.* Sed & iis bonis quæ ex causa lucratiua Decuriones nacti fuerant, descriptio, id est, collatio quædam indicebatur, *tit.* 35. *de imponenda lucratiuis descriptione.*

Quartò, de *Actibus* Decurionum sunt duo sequentes tituli. Ac primùm prohibentur Decuriones salarium alicui cõstituere ex viribus, id est reditibus Reipubl. seu municipij, nisi cui Princeps speciatim iusserit. *tit.* 36. *de præbendo salario.* Deinde, aduersus fugam Decurionũ consulitur *titu.* 37. *Si Curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.*

Secundum caput ad Ius municipale pertinens est de ipsis municipibus & de municipij incolis: de quibus *tit.* 38. *de mu-*

2. *Municipes ipsi.*

nicipibus & originarijs, & titul. 39. de incolis, & vbi quis domicilium habere videatur.

3. *Munera & honores municipales.*

Tertium caput ad Ius municipale pertinens est de Muneribus & honoribus municipalibus sustinendis: quò pertinēt reliqui tituli omnes huius libri. Ac primùm in genere *titul. 40. de munerib. & honoribus.* Deinde de speciebus munerũ. Sunt enim quædam munera personalia, alia verò patrimonialia, quæ pro modo fortunarum & patrimonio indicuntur & sustinentur, *tit. 41. de muneribus patrimoniorum*, quæ scilicet etiam mulieres sustinere cogũtur. Tertiò, indictionis munerum forma. Neque enim promiscuè omnibus omnia munera indici possunt, *titul. 42. quemadmodum ciuilia munera indicuntur.* Quartò de immunitate à muneribus publicis. Sunt e-

nim

enim quidam qui inuiti cogi non possunt publica munera subire, atque adeò excusationẽ habent, sponte tamen ea subire possunt, *titu. 43. de his qui sponte munera publica subeunt.* Cæterùm immunitas hæc à muneribus publicis ex triplici fonte manat. Primùm ex Principis beneficio, *titu. 44. De his qui à Principe vacationem acceperunt.* Quod non nisi ex causa fieri solet, quę tamen ipsa non ordinariorum munerum, sed extraordinariorum tantùm vacationẽ præstat. *titul. 45. de vacatione publici muneris.* Secundò ex decreto decurionum quam non aliis Decuriones tribuere possunt, quàm liberalium artium Professoribus & Medicis, *titu. 46. de decr. Decurionum super immunita. quibusdam concedenda.* Tertiò ex communi iure iustis de causis immunitatem mu-

nerum nonnulli habent, *titul.* 47. *de excusationibus munerum.* Quæ tamen ipsa ad certa munera restringitur. *tit.* 48. *De quibus muneribus vel præstationib. nemini liceat se excusare.* Excusationis autem huius siue immunitatis causæ sunt istæ: Ætas vel legitima minor, (i. si Studiosus sit liberalium artium) vel maior 55. annis, *titu.* 49. *Qui ætate se excusant.* Morbus, *titu.* 50. *Qui morbo se excusant.* Numerus liberorum vel paupertas. *Titu.* 51. *De his qui numero liberorum vel paupertate excusationem meruerunt.* Professio triplex: literarum. *titul.* 52. *de Professoribus & Medicis.* Athletica: Athleta quippe si ter vicerit & coronatus fuerit, à ciuilibus muneribus excusatur. *tit.* 53: *de athletis.* Militaris denique, *titu.* 54. *de his qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt:* & *titul.* 55. *Qui-*

bus

bus muneribus excuſantur hi qui poſt impletam militiam,&c. Status perſonæ, cui honorum aditus fermè præcluſus eſt, veluti libertinitas, *titu.* 56 *.de libertinis.* Infamia, *titul.* 57. *de infamibus.* Reatus, *titul.* 60. *de reis poſtulatis.* Exilium, vel ab ordine motio, *titu.* 59.*de his qui in exilium dati vel ab ordine moti ſunt.* Patria poteſtas, *titul.*60. *de filijsfamilias, Quomodo & quemadmodum pro his pater teneatur.* Quò pertinet etiam *tit.* 61.*de periculo ſucceſſorum parentis.* Sexus, *titu.* 62.*de mulieribus, in quo loco munera ſexui congruentia vel honores agnoſcant.* Legatio: nam & hæc pro loci ratione temporalẽ pręſtat vacationem, *tit.*63.*de legationibus.* Artificium: Nam & Artifices quidam inſignes à muneribus excuſantur, *titu.*64. *de excuſationibus artificum.* Potioris alterius nominatio. Nam

qui ad munus nominatus potiorem alium ſeu ditiorem oſtenderit, & ſubeundis muneribus aptiorem, auditur & excuſatur. *titul. 65. de potioribus ad munera nominandis.* Inimicitiæ nominatorum. Nam ſi quis nominatus fuerit vt ſumptus vel moleſtia afficeretur, nominatio non tenet. Neque enim ex amicitia aut inimicitia nominationes fieri debent, ſed æſtimatione vera & commodo Reipubl. *titul. 66. Si propter inimicitias creatio facta ſit.* Quo etiam caſu is qui ſumptus in lite fecit, recuperat ab iis qui ipſum ad munus fatigandi ipſius cauſa denocarunt. *Tit. 67. de ſumptuum recuperatione.* Mors denique. Nam ſi poſt creationem quis deceſſerit ante ſubeundi muneris vel honoris diem, heredes eius eo nomine non tenentur. *titul. 68. Si poſt creationem quis*

quis decesserit.

Sequuntur quædam munera publica, de quibus speciatim tractatur Titulis sequentibus. Ac primùm *de Tabularijs, scribis, logographis*, id est, iis qui tributorum rationes scribebant, & *Censualibus, titu.* 69. Secundò, de susceptoribus præpositis & arcariis: *Susceptores* sunt qui annonas & tributa vtriusque ærarij suscipiebant: *Præpositi* verò qui præfecti erant horreis in quibus species fiscales deponebantur: *Ærarij* verò, qui suscipiendis iis quæ ad arcam Præfecti prætorio pertinebant. *Titul.* 70. *de susceptoribus præpositis & arcarijs.* Tertiò de ponderatoribus. *titu.* 71. *de ponderatoribus.* Quartò de prosecutoribus auri publici, *titul.* 72. *de auri publici prosecutoribus.* Quibus omnibus vt & Iudicibus commu-

ne præceptum ſubiungitur, vt ex publicis tributis nihil vſurpent. *Titul.* 73. *De his quæ ex publica collatione illata ſunt, non vſurpandis.* Tandem ſubiicitur *Titulus* 74. *de auro coronario*, quod videlicet ciuitates quaſi coronæ aureæ vice Principi donabant & mittebant. Item *Titulus de Irenarchis* 75. id eſt de iis qui paci ac quieti Prouinciæ præſunt. Denique *Titul. vlt. De argenti precio quod theſauris infertur*, nempe, vt cuique liceat ſi velit, aurum pro argento inferre.

LIBER

LIBER XI.

DE FISCALIBVS speciebus & corporatis; de Vrbicis rebus, de Rusticis.

DE tribus hoc libro agitur: Primum de speciebus & *Corporibus* seu corporatis fiscalibus & imperatoriis, Secundum est de rebus Vrbicis: Tertium est de rebus Rusticis.

Ad primum caput pertinet Tituli 12. priores: Ad secundum Tituli sequentes ad 46. inclusiuè: Ad tertium, quod superest ad finem libri.

SPECIES FISCALES.

1. SPECIES *fiscales* seu Imperatorias voco appellatione huius æui, species in quibus tributa soluuntur: Item species quarum vsus Principi reseruatus est: quæque ad Principem pertinent. Huius-

Huiusmodi species & corporati sex hîc pertractantur. Primum *Species annonaria*, id est, quæ in annonis, veluti in tritico, vino, id genus aliis tributorum nomine penduntur & in horrea Romana ex omnibus orbis Romani Prouinciis trãsferuntur, & *Corporati* eis seruientes. Eam sanè in rem centum erat *Corpus nauiculariorum* ad species illas transferendas. De quibus agitur *tit.* 1. *de nauiculariis seu naucleris publicas species transportantibus*. Adeò quidem, vt prædia & res nauiculariorum huiusmodi ad quemcunque peruenirent, functioni huic nauiculariæ subiectæ manerent. *Tit.* 2. *de prædiis & omnibus rebus nauiculariorum*. Sed neque vlla nauis nauicularij ab huiusmodi functione immunis esse poterat, *tit.* 3. *De nauibus non excusandis*. Sed & illud nauicularriis

lariis interdictum erat, sarcinas priuatorum oneri publico imponere, i. vnà cum speciebus fiscalibus res & merces priuatorum transuehere. *titu. 4. nequid oneri publico imponatur.* Deniq; si naufragium passi essent nauicularij, apud Præsidem prouinciæ id contestari debebant. *Tit. 5. de naufragijs.*

Secunda species specierum & corporum fiscalium sunt *Metalla*, & *Metallarij*: nam certum corpus metallariorum destinatum erat & adstrictum sicut in iis locis manere eos oporteret, quibus essent adstricti, & si aufugerent, reducerentur, *titul. 6. de metallarijs & metallis & procuratoribus metallorum.*

Tertia species fiscalium specierum sunt *Vestes*: Nam & certarum vestium vsus Principi reseruatus erat, vel ad Principis domum

domum pertinentibus à vestibúsque illis partim tingendis, partim texendis & ornandis certa quædam corpora destinata erant. Nam & *murileguli* erant, qui murices, i.conchas ad purpuram tingendam piscabãtur & legebant. Erant & *gynæciarij* qui vestibus & aliis ornamentis accurandis in aula præerant. *tit.7.de murilegulis & gynæciarijs, & procuratoribus gynæcij, & de monetarijs & bastagarijs*, quò etiam pertinet *titul.8. de vestibus holoberis* (id est holosericis) *& auratis & de indictione sacri muricis.*

Quarta species sunt *Arma*: Quibus fabricandis præerat certum corpus eorum, qui inde *fabricenses* dicebantur. *Tit.9.de fabricensibus.*

Quinta species est *Moneta*: quò pertinet *Titulus* 10.*de veteris numismatis potestate.*

Sexta

Sexta ſpecies ſunt *Ornamenta Regia* Principi reſeruata, *Titul.* 11. *Nulli licere in frenis & equeſtribus ſellis & in balteis margaritas & ſmaragdos & hyacinthos aptare: & de artificibus palatinis.*

Subiicitur tandem *Tit.* 22. *de claßicis*: qui pertinet ad claſſes, id eſt, *Naues* deſtinatas ad flumina purganda & alias neceſſitates.

2. VRBICA ſequuntur, quæ ſeſe porrigunt ad Titulum 26. Quæ de vrbicis hic tractantur, ſex capitibus abſoluuntur. Primum caput eſt de *Corporibus vrbicis*, vt ſunt primùm Curiales vrbis Romæ, qui actis Senatus conficiendis ſeruiebant, *Titul.* 13. *de Curialibus Vrbis Romæ.* Secundò qui *corporati* dicebantur vrbis Romæ, de quorum priuilegiis agitur *titul.* 14. *de priuilegiis corporatorum vrbis Romæ*: vt erant Piſtores, qui videlicet panibus

ciuilibus (id eſt panibus qui è fiſco atque à Principe populo dabantur) coquendis præpoſiti erant. *Tit.15.de piſtoribus.* Item *Suarij*, qui pariter ex liberalitate Principis porcinam carnem populo præſtabant, vt & vini ſuſceptores,qui vinum, *titul.16. De ſuariis & ſuſceptoribus vini.* Item *Collegiati*,qui dicebantur, qui vt vulgò creditur, incendiis arcendis præerant, & chartopratæ & nummularij, qui nummorum permutationem tractabant, *tit. 17.de collegiatis & charto practis & nummulariis.* Item *Studioſi*:de quibus *tit.18.de ſtudiis liberalibus V.R. & Conſtantinop.* Denique *Honorati*, quibus vehiculis dignitatis ſuæ intra vrbem vti licebat, *tit. 19. de honoratorum vehiculis.*

Secundum Vrbicorum caput eſt, de *Priuilegiis* quarundam Ciuitatum, veluti vrbis Conſtanti-

ſtantinopolitanæ. Eadem certè illi priuilegia tributa fuerunt quæ veteri Romę competebant, idque tam in Ciuilibus quàm in Eccleſiaſticis, quæ cauſa eſt cur Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſecundus ab Epiſcopo Romano fuerit, *tit.* 20. *de priuilegiis vrbis Conſtantinopol.* Item Beryto, quæ ciuitas erat in Phœnicia, hoc priuilegium tributum fuit, vt cum alioquin in vna prouincia vnica tantum eſſet metropolis, & quidem in Phœnicia Tyrus ab antiquo metropolis eſſet, nihilominus quoque Berytus metropolis foret: *titul.*21.*de metropoli Beryto.*

Tertium caput Vrbicorum eſt de *Annona Vrbium* præcipuarũ: veluti vrbis Romæ, Conſtantinopoleos & Alexandriæ: quò pertinent Tituli ſeptem. *Tit.*22. *de canone frumentario Vrb. Rom. tit.*23. *De frumento vrbis Conſtan-*

*tinopol.tit.*24. *de annonis ciuilibus* (Quæ annonæ ciuiles de publico mendicantibus inualidis præstabantur, non etiam validis. *tit.* 25.*de mendicantibus validis*) *tit.* 26.*de nautis Tyberinis*, (i. qui in Tyberi operam nauabant subuehendæ annonæ Vrbis Romæ) *Tit.*27.*de frumento Alexandrino*, *titul.*28. *de Alexandriæ primatibus.*

Quartum Vibicorum caput est de *Rebus & debitoribus ciuitatum*. Singulari scilicet priuilegio & iure fruuntur Respub. & Ciuitates. Nam & tanquam pupilli extra ordinem iuuantur. *Tit.*26.*de iure Reip*. Sed & in administrandis & vendendis rebus ciuitatum sua & peculiaria quædam iura sunt, *tit.*30. *de administratione Rerum publicarum titul.* 31. *de vendendis rebus Ciuitatis*. De debitoribus Ciuitatum sunt sequentes Tituli 8.*tit.*32. *de debi-*

toribus

toribus Ciuitatum : qui quidem Titulus est de debitoribus priuatis: Sequentes Tituli sunt de debitoribus qui actum publicum gesserunt: *titul.33.de periculo nominatorum ,titul.34. de periculo eorum qui pro Magistratibus interuenerunt.tit.35.quo quisque ordine conueniatur.tit.36. Ne quis liber inuitus actum Reipubl.gerere cogatur.titul.37. Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere, tit.38.de his qui ex officio quod administrarunt conueniuntur.* Tandem subiicitur *Titulus 39. de solutionibus & liberationibus debitorum Ciuitatis.*

Quintum Vrbicorum Caput est de *Voluptate publica*; quò pertinent Tituli sex sequentes. *Tit. 40.de spectaculis & scenicis. tit. 41. de expensis publicorum ludorum. tit.42. de aquaductu.* (In priuatos scilicet vsus minime diuertendo.) *tit. 43. de gladiatoribus peni-*

tus tollendis, titul.44. de venatione ferarum. (Quæ quidem priuatis quantum ad leones cædendos eo titulo permittitur.) *titul.45. de maiuma.* (Quod spectaculum erat obscœnum & inhonestum, Maio mense vt volunt, celebrari solitum.)

Sextum & postremum Vibicorum caput & commune prouincialium omnium est, *Securitas*, quò pertinet *tit.46. Vt armorum vsus inscio Principe interdictus sit.*

3. Rvstica sequuntur, & quidem secundum tria Iuris obiecta, Personas, Res & Actiones.

1. De *Personis* agitur à *tit.47.* ad 56. atque adeo decem Titulis.

Ac primum in genere, *tit.47. de agricolis & censitis ac colonis.* Inter censitos autem & colonos hoc discrimen est, quod censiti sint capite censi, & fundi domi-

sint

rum pro domino agnoſcunt, coloni vero liberi ſint, & res proprias ſeu peculium habeant, terram tamen dimittere nõ poſſint, & terram pro domino habeant. Quò pertinet etiam *Titulus* 48. *de capitatione ciuium cenſibus eximenda:* quo titulo prohibentur ciues qui in vrbibus degunt capitis cenſum præſtare, ſeu cenſiti fieri. Et quidem adeò cenſiti agricolæ fundorum dominos pro dominis agnoſcebant, vt quemadmodum veri ſerui dominos ſuos accuſare non poterant, ita neque hi ſuos accuſare poſſent, *tit.*49. *In quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poßint.* Et hæc de cenſitis.

De colonis ruſticanis ſunt ſequentes Tituli, *Titul.*50. *de colonis Palæſtinis. titul.* 51. *de colonis Thracenſibus, tit.*52. *de colonis Illyricianis.* Generaliter de ruſticanis omnibus id ſtatuitur, ne cui li-

2. *Actiones* voco Deſcriptiones iugerum & capitum qui cenſus vocantur. Cui cenſui peragendo qui præerant, *Cenſitores* dicebantur, & quandoque extraordinem mittebantur alij qui dicebantur *Peræquatores*, id eſt, qui æquarent cenſus, ita vt ſi quis prægrauatus eſſet, exoneraretur: contrà ſi quis leuius quàm oportet cenſitus, grauaretur. *tit.* 57. *de cenſibus & cenſitoribus & peræquatoribus.*

3. *Res* denique ſequuntur ruſticæ, quæque ruri erant conſtitutæ. Huius generis ſunt fundi, domus, greges, palatia, luci.

De *fundis* ſeu agris & paſcuis agitur à *tit.* 58. ad 73. Fundi ſunt vel priuatorum, vel militum, vel publici, vel Principis. De priuatis fundis eſt *tit.* 58. In his id obſeruatur, vt ſi aliquis ager deſertus ſit, ager ille ordini Decurionum ciuitatis adſignetur, vel

etiam ei qui opimos habet agros seu fertiles, steriles illi adiungantur, *tit.58. de omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur*, De *militum* fundis est *tit.59.* Et quidem de fundis militum limitaneorum, vnde videlicet milites limitanei alerentur, qui fundi *limitotrophi*, vel *limitrophi* (vnde *feuda*) dicebantur: adeò vt ab omni munere & ab omni tributo immunes essent. *titul.59. de fundis limitrophis, &c.*

Publici fundi erant quoque quidam, cuius generis erant pascua, *titul.60. de pascuis publicis & priuatis.*

Principis tandem fundi sequuntur, qui fundi *patrimoniales* dicuntur. Inter quos fundos erant & qui *Saltuenses* vocabantur, qui scilicet pecoribus per nemora pascendis seruiebant. Erant & *emphyteutici* quidam Principis fūdi qui in emphyteusin

ſin aliis dabantur, *tit. 61. de fundis patrimonialibus & ſaltuenſibus & emphyteuticis & eorum conductoribus*. Horum fundorum mancipia quædam & coloni erant, de quibus agitur *tit. 62. de mancipiis & colonis patrimonialiū ſaltuenſiū emphyteuticorum fundorum, & tit. 63. De fugitiuis colonis patrimonialibus ſaltuenſibus & emphyteuticis.* Collationi denique ordinariæ fundi huiuſmodi ſubiacebant, non autem extraordinariȩ, *tit. 64. de collatione fundorum patrimonialium & emphyteuticorum.*

Ad Principem pertinentium fundorum altera ſpecies erat, qui ſcilicet rei priuatæ ſeu dominicæ dicebantur. Inter rem priuatam & patrimonialem hoc diſcrimen (quantum equidem teneo) conſtituo, quod illi ex proprio Principis patrimonio ſint, hi verò publici quidem ſint, ſed

Principi destinati. Hinc distincta illa officia Comitis patrimonij & Comitis rei priuatæ. Eò pertinent Tituli sequentes, *tit.65. de fundis rei priuatæ & saltibus diuinæ domus. tit.66. de fundis & saltibus rei dominicæ. & tit.67. de agricolis & mancipijs dominicis, vel fiscalibus Reipub. vel priuatæ.* Inter hæc prædia erant quædam quæ vocabantur *Tamiaca*, id est, quæ ad cellarium Principis erant deputata, *tit.68. de prædiis tamiacis, &c.* Erant & prædia templorum, id est, quæ olim paganæ religioni destinata, confiscata fuerant. Itemque ex his quidam fundi ciuitatum reditibus destinati, & hi fundi dicuntur ciuiles, *tit.69. de diuersis prædiis vrbanis & rusticis templorum & ciuitatum & omni reditu ciuili.*

Sequuntur quinque tituli superioribus fundis omnibus communes, *tit.70. de locatione prædio-*

lium.

rum ciuilium siue templorum, siue rei priuatæ vel dominicæ. tit.71. de conductoribus prædiorum fiscalium & domus Augustæ, tit.72. Quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet. titul.73. de collatione fundorum fiscalium vel rei priuatæ vel dominicæ vel ciuitatis vel templi. & tit.74. de priuilegiis domus Augustæ vel rei priuatæ, & quarum collationum excusationem habeant.

Et hæc de fundis. Sequuntur res aliæ rusticæ seu prædiorum. Ac primũ *Greges*, & in his equorum, quos habebãt Principes per diuersas prouincias, *tit.75. de grege dominico.* Habebant & Principes palatia & domos per varia prædia & loca sparsas, *titu.76. de palatiis & domib. dominicis.* Habebant & lucos, qualis erat lucus Daphnensis propè Antiochiam qui quidẽ cupressis erat insignibus obsitus, vnde priuato cupres-

ſos excidere nefas erat. Eaden:q; ratio arborum Perſearum in Ægypto. *tit. ult. de cupreſſis ex luco Daphnenſi vel Perſeis per Aegyptum non excidendis vel vẽdendis.*

LIBER XII.

DE DIGNITATIBUS Re milit. Curſu publ. Officialibus.

DE quatuor hoc libro agitur, De dignitatibus, De re militari: De curſu publico: Denique de Officialibus & apparitoribus Magiſtratuum.

1. De DIGNITATIBUS in genere agitur, *tit.* I. *de dignitatibus.*

Dignitatum ſpecies ſunt tres: Senatoria, Equeſtris, & Perfectiſſimatus.

Ad Senatoriam dignitatem pertinent Tituli 30. ſequentes. Senatoribus olim omnibus commune

mune erat, quod certam collationem agnoscere tenebatur, quæ glebalis vocabatur. Item Prętūræ oneri subiacebant & ludis edendis. *Tit. 2. de Prætoribus & honore Præturæ & collatione globæ & follis, & septem solidorum functione sublata.* Cæterùm Senatorij, vel sunt Illustres, vel Spectabiles, vel Clarissimi.

Illustres sunt sequentes: Consules, *titul. 3. de Consulibus, & non spargendis ab his pecuniis.* Præfecti prætorio, Præfecti vrbi, & Magistri militum. *tit. 4. de Præfecto prætorio siue vrbis & Magistris militum in dignitatibus exæquandis.* Præpositi sacri cubiculi, *tit. 5. de Præpositis sacri cubiculi.* Denique Quæstores (id est, Cancellarij) & Magistri officiorum & Comites sacrarum largitionum & rei priuatæ, *titul. 6. de Quæstoribus & Magistris officiorum.*

Spectabiles sequuntur, quales

erant sequentes, Primicerius & Secundicerius Notariorum, *tit.* 7. *de Primicerio, Secundicerio & Notarijs.* Sub cuius primicerij dispositione fuit notitia omniũ dignitatum & administrationum: Quò pertinet *tit.* 8. *Vt dignitatum ordo seruetur.* Item Magistri sacrorum scrinorum, *titu.* 9. *de Magistris S. scriniorum.*

Denique Comites sequentes, Comites consistoriani, Comites & Tribuni Scholarum, Comites rei militaris, Comites archiatri S. Palatij, Comites Prouinciarum Rectores: Comites qui Professores & quidem Iurisperiti in vrbe Constantinopolitana docentes, Comitis dignitate ornabantur, *tit.* 10. *de Comitibus consistorianis. tit.* 11. *de Comitibus & Tribunis Scholarum. tit.* 12. *de Comitibus rei militaris. tit.* 13. *de Comitibus archiatris S. Palatij. titul.* 14. *de Comitibus qui prouincias regunt*

gunt.tit.15. de Professoribus qui in vrbe Csp. docentes ex lege meruerunt Comitiuam.

Clarissimi & quidem Palatini sunt sequentes: *Silentiarij*, inde dicti, quia nocte silente excubiis Principis praeerant: qui quidem suos habebant quosdam Decuriones, *tit.16. de Silentiarijs & Decurionibus eorum.* Item *Domestici & protectores*, qui partim equites partim pedites Principi protegendo inseruiebant, *tit.17. de domesticis & protectoribus* Rursum *Praepositi laborum*: de quibus ambigitur quinam fuerint. Plerique existimant, praepositos labarorum esse, id est, vexillorum, quae ante Principem geri solebant. *tit.18. de praepositis laborum.* Item *proximi sacrorum scriniorum*, id est, qui proximi sunt à magistris, *titul.19. de proximis sacrorum scriniorum.* Sed & *Agentes in rebus*, qui videlicet rebus,

negotiis, mandatis Principis peragendis hinc inde discurrebant & mittebantur, *tit.* 20. *de agentibus in rebus*. Qui quidem agentes in rebus suos habebant Praepositos & Principes, *tit.* 21. *de Praepositis agentium in rebus. tit.* 22. *de Principibus agentium in rebus*. Ex his agentibus in rebus quidam in Prouincias mittebantur qui curiosè obseruabant quid in Prouincia gereretur, idque ad Principem referrent, qui & inde *Curiosi* dicebantur. *Tit.* 23. *de curiosis & stationariis*. Item *Palatini* S. largitionum & rerum priuatarum, id est, qui sub dispositione erant Comitis S. largitionum & rerum priuatarum *Tit.* 24. *de Palatinis S.L. & R.P.* Sed & *Stratores*, id est, qui equis probandis, quos Prouinciales conferebant, praeerant *Tit.* 25. *de Stratoribus*. Item *Castrensiani* & *Ministeriani*, qui Principi in aula

aula ministrabant, quales erant Prægustatores, Pincernæ, pueri pædagogiani, *tit. 26. de Castrensianis & ministerianis.* Inter quos erant Decani, *tit. 27. de Decanis.* Pariter *Mensores*, qui hospitia Principi præparabant. *titul. 28. de Mensoribus.* Sequuntur tres Tituli communes omnibus palatinis, *tit. 29. de privilegiis eorum qui in S. palatio militant. tit. 30. de privilegiis Scholarum. Tit. 31. de castrensi omnium palatinorum peculio.*

Equestris & *Perfectißimatus* dignitates sequuntur, de quibus agitur *Tit. 32. de Equestri dignitate. tit. 33. de perfectissimatus dignitate.*

2. MILITIA secundum huius libri argumentum est. Ac primùm de personis agitur qui militare possint vel non. *Tit. 34. Qui militare possunt vel non.* Et

titul.35. Negotiatores ne militent. Tum de ipsa re militari. Ac primùm in genere, *tit. 36. de re militari.* Speciatim verò de sequentibus. De peculio militum. *tit. 37. de castrensi peculio militum.* Tum de stipendiis & commodis militum: Nempe de annona militari. *tit. 38. de erogatione militaris annonæ, tit. 39. de exactione & translatione militarium annonarum.* Item de veste militum. *tit. 40. de militari veste.* De hospitiis militum. *tit. 41. de metatis & epidemeticis.* Sanè milites Salgamum à prouincialibus hospitibus suis exigere prohibentur, veluti sal, lignum, oleum, culcitras, *tit. 42. de salgamo hospitibus non præstando.* Tertiò de commeatu militum. *tit. 43. de commeatu.* Quartò, De gradibus & speciebus militiæ, *titul. 44. de tyronibus. titul. 45. de littorum & itinerum custodia.* Quintò, de fine militiæ, & mili-

militia exuenda, illicito primum more, *tit.46.de desertoribus & occultatoribus eorum:* Tum legitimo more post expleta stipendia. *tit.* 47.*de veteranis.* Sexto, de filiis militum. *tit.*48. *de filiis officialium militarium qui in bello moriuntur.* De sequentis Tituli connexione mihi liquet, quod omnium dignitatum ciuilium & militarium communis videatur. Singulæ quippe dignitates ineunte anno Principi vota, id est, strenas mittebant. *Tit.*40. *de oblatione votorum.* Sed & sequens Titul. non alia ratione hic subiicitur, quàm quia & hic communis est dignitatum tam militarium quàm ciuilium, *Titulus*, inquam, 50. *De Numerariis, actuariis & adiutoribus scriniariis & exceptoribus sedis excelsæ, cæterorúmque Iudicum tam militarium quàm Ciuilium.*

3. CVRSVS PVBLICVS, tertium huius libri argumentum

est. Quò pertinent tantùm duo tituli.*titul.*51. *de cursu publico*, *&* *tit.*52. *De tractorijs & statiuis*: vbi *Tractoriæ* sunt diplomata Principis, quæ dantur missis à Principe vel euocatis ad Principem ad vtendum cursu publico, & adscriptis *statiuis*, id est, mansionibus in quibus eis necessaria præbeantur.

4. Postremum argumentum huius libri est de OFFICIALIBVS *Apparitoribus Magistratuum*. Quò pertinent Tituli sequentes, *Titul.*53. *de Apparitoribus Præfectorum prætorio*, *Titul.* 54. *de apparitoribus Præfecti vrbis. Titul.* 55. *de apparitoribus magistrorum militum*, *Tit.* 56. *de apparitoribus Proconsulis & Legati. Titul.* 57. *de apparitoribus Comitis Orientis. Titul.* 58. *de Cohortalibus. Titul.* 59. *de apparitoribus Præfecti annonæ. Titul.* 60. *de diuersis officijs & apparitoribus*

bus Iudicum. Titul.61. de Executoribus. Titul. 62. De lucris Aduocatorum & concussionibus officiorum seu apparitorum. Titul. 63. de primipilo, id est, de Decurione prima cohortis Officialium. Denique *Titulus vltim. Publica lætitiæ vel Consulum nuntiatores: &c.*

FINIS.

HISTORIA
SEV PROGRESSVS
IVRIS CIVILIS
ROMANI.

HISTORIA SEV PROGRESSVS IVRIS CIVILIS ROMANI.

IVRISPRVDENTIÆ Romanæ (quæ ſeſe apud omnes penè gentes, quâ Europa porrigitur, ceu fontem boni & æqui iam dudum commendauit) operaturo, ante omnia eius initia & proceſſum. i. à quibuſnam carceribus ad quas metas, per quos paullatim gradus & tramites decurrerit, ſeruatâ tẽporum lege, noſſe oportet; quod Pomponius *in l. 2. ff. de orig. Iur.* attigit magis quàm expoſuit. Duplici fine, vt ita nempe Iuris ſtudioſus nouerit, ex quibus Iuris partibus, & ex quorum ſcri-

ptis coaluerit, seu coagmentatũ sit corpus *illud Iuris Ciuilis*, quod Iustinianum habet authorem, quodque Iuris prudentiæ fundus hodie est: tum etiam, vt hâc historiæ & Chronologiæ faculâ accensâ, eò certius & felicius in plerisque pedem de cetero figere liceat. ¶ Igitur, vt coeteroquin ad Reip. statum cõparata est omnis Nomothesia, & verò triplicẽ Reip. Rom. statum seu tres ætates spectare licet, ita per eas nobis & singulas ducenda hæc inquisitio erit. quantum iuris tyroni sufficit, neque vltrà.

CAP. I.

De Iurisprudentia REGIORVM *temporum.*

PRIMA ætas, seu primus Reip. Rom. Status Regius fuit, cuius initium consurgit à

750. ferme ante Christum annis, per septem Reges ducta serie, spatio ducentorum 44. annorum. Igitur, vt initio Ciuitatis omnia manu Regum gubernabantur, ita ab his paulatim leges variæ latæ, vnde hæ Leges *Regiæ* dictæ. Ita tamen vt Reges harum legum apud populum auctores essent, populus ipse, in triginta partes seu Curias, mox & in Centurias diuisus, eas probaret sanciret: Vnde *Curiatis* & *Centuriatis* legibus nomen. Eas leges omnes illis iam temporibus in vnum corpus compegerat Sex. Papirius, à quo Collectio illa ius *Ciuile Papirianum* audiit. Exinde postea leges aliquot in 12. tabulas transfusæ: quinimmò aliquam adhuc etiam ex his memorat Marcellus, in *leg*. 2. *ff. de mortuo inf.* De quib. dicam aliquid adhuc in Bibliotheca iuris Romani.

Cap. II.

De Iuriſprudentia Romana ſub Libera *Republica.*

Secvnda ætas, ſeu ſecundus Reip. Rom. ſtatus, popularis fuit liberę Reip. ductâ ſerie per 500 circiter annos ad Aug. Imperatorem. Hujus verò ætatis, quod Iuriſprudentiam attinet, tres Epochas, tria momenta conſtituo: puta ἀνομίας ἰσονομίας, εὐνομίας.

Prima, inquam Epocha liberæ Reip. Rom. intra *ſpatium* LX. annorum eſt ἀνομίας ſeu incerti Iuris. Poſt reges quippe exactos, ſimul & cum his legibus eorum abolitis, ne qua videlicet Regiæ poteſtatis vmbra ſupereſſet, exceptis legg. Seruij de Cõtractibus, quæ paulò antea à Tarq. Superbo abolitæ, nunc in vſum reuocatæ à Coſſ. & Tribunis leges de ſtatu quidem publico & Reip.

Reip.ad populum perlatæ. Atenim ipſe pop. Rom. in priuatis controuerſiis incerto magis Iure & conſuetudine quàm per latam legem egit: Coſſ. videlicet Patritiis, & potentioribus pro arbitrio ſuo, nullo ſatis legum præſcripto, Iura reddentibus, & pauciſſimis tantùm legibus in Pontificum libros relatis: vnde ſeditionum & diſcordiarum ſæpe materia enata.

Secunda ita mox, ſtatus popularis Epocha ſecuta: *ἰσονομίας* ſcl. & *ἰσηγορίας*, i. æquabilis Iuris conſtituti & fundatæ legib. Reip. Nempe cum aliquot iam ante annis frequens mentio à Tribunis plebis mota, imò & rogatio lata fuiſſet *de legib. ſcribendis*, tandem A. V C. 300. agente Romilio, vicit ea ſententia, & quidem vitandæ inuidiæ, vt leges *ἐπείσακτοι* (i. aduentitiæ vel extraneæ) & æ-

quabiles à Græcis peterentur:& ſexennium ferme integrum ea re abſumptum. Miſſi quippe tres legati ad Græcos, qui triennio poſt reuerſi: at anno proximo creati Decemviri, legib. ſcribendis, in his Appius Claudius & Romilius fuêre, & perſcriptæ primùm ab his Decem tabulę, accitis & deriuatis in eas quæ vſpiam egregia apud Græcos erant, idq́ue opera Hermodori cuiuſdam Græci Interpretis. Sed & anno proximo V.C. 304. duæ tabulæ ſuperioribus 10. (aſſumptis nonnullis velut ſurculis ex Regiis legib. tandem & traductis quibuſdam ex Veteri Iure & moribus ſuis, ἐκ τῶν ἐθισμῶν ἀγραφῶν) additę ſupplementi vice; Sic tandem (Anno V.C. 305. poſt Reges exactos annis 60. ante Chriſtum natum, annis 440.) 12. Tabulæ in æs inciſæ publiceq́ue propoſitæ fuerunt

runt. Hic fundus iam & fundamentum & penus totius Iur. Rom. deinceps fuit; finis Iuris æqui, fonsque omnis publici priuatique Iuris. Quare ob legum istarum fontes & capita non veritus Cic. hunc 12. Tab. libellum omnium Philosophorum Bibliothecis, auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate, præferre: Tandem & euaserunt in Carmen solenne, sic vt foro olim destinati à pueris hoc velut Carmen addiscerent. Atque hæ sunt duodecim illæ Tabulæ: Quarum vt frequentissima in iure mentio fit, ita varia subinde iura inde deriuata ad *ἰσονομίαν.*

Tertium seu postremum exinde status popularis momentum sequitur, ἰσονομίας videlicet post leges 12. tabularum semel latas, per annos ferme 440. Id est, posteaquam fundata semel

Resp. Rom. legib. suis, validum Iuris augmentum & incrementum accepit. Cuius causas sex in vniuersum reperio.

I. *Prima* est *disputatio fori*. i. Prudentum interpretatio ad leg. 12. tab: nam quia non omnia propalam his legib. comprehensa fuerant, neque comprehendi potuerant, interpretatione Prudentum aliud subinde ex alio consequens exinde elicitum, quod videlicet ad eandem vtilitatem tenderet, & ad similia procedendo; triturâ quâdam & exercitatione forensi, sine scripto vllo in morem & vsum transeuntibus. Vnde ius illud *moribus* introductum dicitur, vel etiam proprio vocabulo *Ius ciuile*. Sic species hæc Iuris ex 12. tab. fluxit.

II. Secunda species & occasio fuerunt, *Legis actiones*, quę ex lege 12. tabul. proficiscebantur.

Nempe

nempe de iis quæ eâ lege comprehensa erant, certæ & statæ quædam formulæ à Prudentib. compositæ fuerunt, quibus inter se homines disceptarẽt, eæq; in vsum forẽsem deductæ, vnde *legis actiones* dictæ, quæ hodie *styli* appellationem merentur: eásque á collegio Pontificum peti tũ oportebat. Verum 100. fermè post annis ab Appio Claudio Cẽtumano in formam & librum redactas legis actiones scriba eius Cneus Flauius *euulgauit*, & toto foro exposuit: ac gratissimum id munus populo visum, magnóque pensatum. Inde pars hæc Iuris, *Ius ciuile Flauianum* dictum est. Sed enim adauctum mox à Sexto Ælio, qui Tripartita ideo scripsit: ibi quippe ipsa lege 12. tab. proposita, interpretationẽ primùm, mox & legis actionem subtexuit, atque *inde ius Aelianum* dictum.

III. Tertiũ incrementũ sunt *Leges singulares* subinde nouæ à populo pro Reip. necessitate latæ; quarum vt frequentissima tum in iure tum alibi mentio: ita collectæ hodie in vnum, Clarorum Virorum operâ; de quo in Bibliotheca iuris.

IV. *Plebiscita* quoque à plebe sola quamplurima lata, sed quæ pro legibus habita, sic omnes ciues tenerent, ex lege Hortensia, immò & in legum nomen transiêre. Exemplo potest esse lex Aquilia.

V. Per *Prætores* quoque, 80. & quod excurrit, post 12. Tabb. annis institutos, penes quos summum in Iure dicendo inter priuatos imperium esset, quique Iuris Ciuilis Custodes essent, euocatis iam belli causa Coss. non minimum Iurisprudentia profecit. Nam etsi ab initio annua tantùm essent eorum

rum Edicta (prout etiam annuus eorum erat Magistratus) quæ scilicet initio Magistratus sui in albo publicè proponebant, vt ita sciret populus quâ de re quomodo in anno suo Ius dicturi essent: Attamen cum ea edicta ab æquitate commendarentur quam plurima: Viceversâ cum momentaneis & arbitrariis huiusmodi edictis ambitiosorum Prætorum gratiæ multum liceret, Lex Cornelia 300. post annis, A. V. C. *686.* à Tribuno plebis rogata, Vt prætores ex edictis suis perpetuis Ius dicerent: Inde Seruius IC. 15. annis ferme post, ante Christum natum 50.) duos libros *ad Edictum* subscriptos breuissimè reliquit. Eum excepit dis[illegible] lus Ofilius, qui primus [illegible] Prætoris diligente[illegible] circa Iulij vel A[illegible] Quare Cic. iam

bus scribebat. vt olim à 12. tabulis, ita tunc à Prætoris edicto Iuri operam daturos initiatos fuisse.

VI. *Iurisconsultorum* etiam sciētia quamplurimū iurisprudentia profecit: nonmodò publica professione, qualem primus inchoasse memoratur circa A.V.C. 500. Tiberius Coruncanius, verùm ac potissimum scriptis eorum seu rescriptis & respōsis: scriptis, inquā, quibus tum regulis & actionibus forensibus conquisitis, collectis, Ius ciuile fundare & constituere nituntur: quinimmò formulas subinde nouas inducunt & superiorum scripta notis suis in melius perducūt: Rescriptis seu [illegible]onsis, ad consultationes vid. [illegible] & aliorum: Quæ tāti vi[illegible]s vix iudices recede[illegible]im legis ipso iure [illegible], ipsa tamē æquitate

tate & necessitate commendabilia passim ostentarentur.

In tantum denique per hos gradus profecit hac ætate Iurisprud. vt mole suâ laborare videretur. Vnde iam tum consilium Crasso, Pomp. Tullio, Cæsari, *de Iure ciuili in artem & ad certum modum redigendo*, & in paucissimos libros ex immensâ diffusáque legum copiâ conferendo.

CAP. III.
De Iurisprudentia sub IMPERATORIBVS.

POSTREMA ætas Reipub. Rom. successit, Monarchię Rom. Hac sane tempestate, etsi Imperatorum constitutionibus potissimum profecerit Iurisprudentia, attamen & aliis rationibus ex eorundem Principum

authoritate maximum incrementum ea cœpit.

Nam vt maximè posteáquam sub Principis Imperium res iusque populi omne venit, atque adeò & iuris constituendi potestas ad Principes transiit, vltro tamen nonnullas alias iuris constituendi vias Principes probarunt, & iuris vim iisdem donarunt.

¶ Primum enim inter initia principatus *Leges* adhuc complures à populo veteri ritu Augusto autore tantum non Iulio latas, deprehendere licet (Vnde *Iuliis* legibus tot nomen) Comitiis de campo Martio ad Patres nondum translatis: quod à Tiberio demum factum. Ita veteris libertatis instar vmbraq; & quoddam simulacrum ab Augusto relictum, à Tiberio ademptum, ne alioquin vis principatus (vt eius verba erant) resolue-

ſolueretur: Cuius ea conditio eſt vt non aliter ratio cõſtet, quàm ſi vni reddatur.

¶ Secundò *Senatui* quoque póſtea authoritatis vmbra ſeu ſimulacrum aliquod hac parte in iure priuato conſtituendo relictum. Nã quæ Principes de iure priuato eſſent conſtituturi, Orationibus in Senatu prius cõplectebantur; de his cẽſendi arbitrio Senatui relicto, eas deinde Orationes Senatuſcõſultum ſequebatur. Quare quod vno loco Oratione introductũ dicitur, id alibi Senatuſconſulto tribuitur. Ideóq; Principes ipſi horũ auctores dicti. Atque hæc ſunt illa *Senatuſconſulta*, quorum tam multa mentio in iure. Quæ ſanè obſeruare eſt ibi incipere, vbi Leges deſinunt, ideſt, à Tiberij principatu: deſinere verò, ſeu procurrere ad Marcum Imp. vſque: Vltra quem nulla am-

plius Senatusconsultorum de iure priuato mentio occurrit.

¶ Tertiò & *Iurisconsultorum* scientiæ sua steterit & quædam authoritas: In tantum vt & ICti ex Principis, iam inde ab Augusto, authoritate, non vt antea priuata, publicè responderent, & rursus scripto non verbo, atq; ita maior iuris huius authoritas facta fuerit. Addatur his magna ICorũ frequentiâ circumfusos Principes, ex quorum consilio iura dicebant, condebant, vt non plures aut potiores Prudentes alia ætas tulerit, quam huius ætatis prima epocha. In tantum, vt quorundam tandem scriptis, vim *Lectionis* (vt loquebantur) i. auctoritatem allegationis in iudiciis, vimque legis Principes tribuerint.

¶ Veniat quarto loco & in hunc cēsum *Edictum perpetuum*, nam cùm edicta Prętorum ante incerta

incerta forent, ad vltimum, centum & quod excurrit post Ofilium annis, 15. Hadriani Imp. anno eiúsque iussu circa A. D. 132. Edictum perpetuum à Iuliano IC. ordinatum: non modò Prætorum edictis compilatis & in ordinem ac titulos coactis; verùm & de suo aliquam multis additis aliis detractis, immutatis. Et opus hoc adeò probatū fuit, vt antiquatâ iam lege 12. tabul. in quamplurimis hæc maior & potior iurisprud. pars extiterit. Hicq; iam fundus eius habitus, eóque velut æquissimo iure Imperatores vti voluerint: atque exinde iam dimidia ferme pars sententiarum in Pandectas relatarum constet.

Extra hæc quatuor, quæ dixi (puta leges nonnullas, Senatusconsulta, Iurisconsultorū scripta & responsa, & edictū perpetuū,) potissimam Iurisprudentiæ par-

tem sub hoc statu Monarchico, Principum Constitutiones fecere, siue ipsi inter partes cognoscerent, decernent, vnde *Decreta & Cognitiones* Imperatoriæ: siue ad libellos priuatorum & Consultationes Magistratuum rescriberent, Vnde *Rescripta* Principum: siue generale Jus publicè constituerent & edicerent, vnde *Constitutiones* propriè & *Edicta* Principum, siue ICtorum dissensiones deciderent, vnde *Decisiones*: cuiusmodi sunt 50. Iustiniani.

Cap. IV.

De Prima *Epocha Imperatorum*.

Tres porrò epochas status huiusce Monarchici constituo. Prima est *Gentiliũ* Imperato-

ratorũ per trecentos 50.circiter annos, ab Augusto Imp. ad Constantini M. initia, seu A. D.306. vsque: quibus post Augustum imperarunt Tiberius, Gaius, Claudius, Nero, Vespasianus, Titus, Domitianus, Nerua, Traianus. Adrianus, Antoninus Pius, Diui fratres (.i.M.Antoninus philosophus & Verus) Marcus solus, Marcus cum Antonino (1.Commodo filio suo) Commodus, Pertinax, Seuerus & Antoninus, F. Antoninus, Caracalla scil. Antoninus Heliogabalus, Alexander Seuerus, Maximinus, Gordianus, Philippi Impp. Decius, Gallus & Volusianus: Valerianus Galienus, & Valerianus Cæsar, Gallienus & Valerianus, Claudius, Aurelianus, Probus, Carus, Carinus, Numerianus: Carinus & Numerianus; Diocletianus, & Maximianus: Constantius, Maxi-

mianus Augusti, & Seuerus ac Maximianus Cæsares. Ab his omnibus, vt variæ constitutiones processerunt, quarum mentio passim fit, tum apud Historicos, tum in scriptis ICtorũ & in Principum posteriorũ Cõstitutionibus, ita sequentium nominatim, tam inde ab Hadriano, Principum Constitutiones in duos Codices, Gregorianum & Hermogenianum (quorum fragmenta quædam hodienum extant) per titulos fuerunt coniectæ: priuatáne an publica authoritate conditi fuerint, in incerto est: at procul dubio, de Compilatorum nomine ita dicti. Neque de illo satis hactenus constat, cur ab Hadriano (cuius etiã vnica tantum constitutio in Codice refertur, puta *lex 1. C. de testamentis*) neque vltra assurexerint aut Codices illi aut postea Iustinianus. Mihi mens

mens ea,id ideo factũ,quia Noua quædam Iurisprudentiæ ratio ab Hadriano coeperit, tum Edicto perpetuo constituto, tum quia sectæ IC. de quibus postea, tum pene refrixerint: denique, quia publicé respondendi cuique pro arbitrio suo ius factum: Vt proinde noui Iuris ac nouæ Iurisprudentiæ auctor Hadrianus Codicibus illis initium dederit: pariter vt secundæ Epochæ nouitas, nouo Codici Theodosiano, de quo mox.

CAP. V.

De SECVNDA *Epocha Imperatorum.*

SEcundam Epocham Imperatoriarum Constitutionũ faciunt Principes Christiani à Con-

Constantino M. qui primus Imperatorum Christianus fuit, ad Theodosium Iuniorem vsque, seu ad A.d. 438, spatio circiter annorum 130. hoc ordine. Constantinus M: Constantinus, Cõstantius, Constans: Constantius & Constans: Constantius solus: Constantius Aug. & Constans Cæsar (id est, Gallus) Constantius Ang. & Iulianus Cæs. Iulianus Aug. Iouianus, Valentinianus & Valens: Valentinianus, Valens & Gratianus; Valens Gratianus & Valentinianus Iun. Gratianus, Valentinianus Iun. & Theodosius: Valentinianus Iun. Theodosius & Acadius: Theodosius Arcadius: Theodosius, Arcadius Honorius: Arcadius, Honorius. Arcadius Honorius Theodosius Iun: Honorius Theodosius Iun. & Cõstantius Cæsar: Honorius Theodosius, Theodosius

&

& Valentinianus III. Horum Principum Christianorũ igitur, suásque ad id tempus de rebus tum secularibus, tum ecclesiasticis Constitutiones, octo viris ad id delectis, Theodosius Iun. in Codicem seu corpus colligendas commisit. Et verò in sedecim libros relatæ: eo codice quiideo *Codex Theodosianus* dicitur. Quíque ideò à nonnullis veterum, *Nouas leges legitimorum Principum* continere dicitur, eò quod ex Christianorum Principum constitutionibus constaret.

CAP. VI.
De TERTIA *Epocha Imperatorum.*

POstrema Epocha est eorum Imperatorum, qui deinceps secuti ad Iustinianum Imperatorem: eáque centum circiter annorum ab A.D. 438. ad annum

534. Hoc ordine. Præter Theodoſium & Valentinianum III. Valentinianus & Martianus: Martianus ſolus : Leo & Maiorianus : Leo & Seuerus : Leo ſolus. Leo & Anhemius. Leo Iunior & Zeno; Zeno ſolus. Anaſtaſius : Iuſtinus & Iuſtinianus : Iuſtinianus ſolus. Atque horum Principum conſtitutiones ſuas & peculiares collectiones meruère : Et quidem ſub *Nouellarum* nomine, eò quòd nouiſſimè poſt Codicem Theodoſianum eſſent editæ : vſque quò ad Iuſtinianum deuentum eſt, de cuius inſtituto paulò poſt.

Cap. VII.

De Ivrisconsvltis *eorum ſucceſsione, ſectis, ſcriptis.*

PRius enim de I C. omnibus, eorum ſectis, & variis ſcriptorum generibus, tam ſub libera Rep. quam ſub ſtatu Monar-

narchico ſigillatim moneri oportet. Vario & multiplici vſu, non tantum ne ad Iuris Ciuilis libros accedentibus, veterum auctorum nomina incognita eſſe poſſint, quod ſuo iam ſeculo Ammianus cauſidicis nonnullis exprobrabat: Verùm, ac potiſſimum, vt ad temporum ordinem diſpoſitis IC. quis, item cuius ſectæ fuerit, quæ eorum ſcripta ſint, in quibus luſerint, Iuſque adauxerint, probè intellectis, & Iuris ipſius proceſſum, & vim plerarumque legum, denique conciliandarum legum rationem tenere poſſimus.

Succeßio ICtorum hæc ferme tenenda eſt. SVB LIBERA REP. hi, hoc ordine fuerunt.

Pub. vel Sext. Papyrius.

Appius Claudius, vnus è Decemuiris circa A.V.C.300.

Appius Claudius Centimanus

Cœcus.A.V.C.440.
Sempronius coætaneus.
G.Scipio Nasica.
Q. Mucius.
Tiberius Coruncanius circa A.V.C.470.
Sext.Ælius. A.V.C. 555.
P. Ælius A.V.C. 558.
P.Attilius.
M. Cato.
M. Manilius.A.V.C.600.
P. Mucius.A.V.C.620.
Brutus.
Iunius Gracchanus circa A.V.C.630.
P. Rutilius Rufus. A.V.C. 648. ante Christum.102.
P. Verginius.
Q. vel Ælius Tubero.
Sex. Pompeius.
Coel. Antipater.
Q. Mucius Scœuola circa A.V.C.660. ante Christũ 90.
Gallus Aquilius Mucij auditor.
Balbus Lucilius

Sex.

Sex. Papyrius.
G.Iuuentius.
Cornelius Maximus.
Seruius Sulpitius circa. A.V.C. 700.ante Chriſtum.50.
Sub Ivlio Cæs. & Avgvsto.
Antiſtius Labeo, P.Seruij diſcipulus.
A. Caſcellius.
C. Trebatius Teſta.
C. Aul. Ofilius Seruij diſcipulus.
Cinna Seruij diſcipulus.
Blæſus.
Tubero.
Coelius Seruij diſcipulus.
Aufidius Namuſa Seruij diſcip.
Alfenus Varus,Seruij diſcip.
Feneſtella.
Aufidius Tucca.Seruij diſcipul.
G.Ateius Pacuuius Seruij diſcip.
Priſcus,Seruij diſcipulus.
Ateius Capito.
Labeo.
Vitellius.

Sub TIBERIO, GAIO, CLAVDIO, NERONE.

AeliusGallus.
Massurius Sabinus.
Nerua Pater.
G. Cassius Longinus circa Ann. Dom. 30.
Proculus.
Sex. Pædius, ſub Gaio & Claudio.

Sub VESPASIANIS.

Arrianus.
Cartilius.
Attilicinus.
Vrſeius ferox.
Mela.
Fulcinus.
Viuianus.
Pegaſus.
Plautius.
Nerua Filius.
Cælius Sabinus.

Sub TRAIANO, HADRIANO.

Eufidius.
Minicius Natalis.

Iuuen-

Iuuentius Celſus P.
Priſcus Iauolenus Magiſter Iuliani l. 5. π. de manumiſſ. vind.
Celſus F.
Ariſto.
Octauenus.
Neratius Priſcus.
Lælius.

Sub ANTONINO PIO.

Seuerus Valerius.
Saluius Iulianus.
Sex. Cæcilius Africanus
Terentius Clemens.
Iun. Mauricianus circa A.D. 167.
Publicius.
Pactumeius Clemens.
Campanus.
Valens.

Sub DIVIS FRATRIBVS, & MARCO SOLO.

Gaius poſt Ann. D. 167.
Papyrius Iuſtus.

Sub MARCO & COMMODO.

Pomponius.

Vindius.
Volusius Mæcianus v. l. 60. de pactis l.17.de iure patr.
Marcellus post Ann.D.168.v.l.6. in fi.π.mandati.

Sub COMMODO.

Cl.Scæuola.
Florentinus.
Taruntenus Paternus.
Qu.Venuleius Saturninus.

Sub SEVERO.

Arrius Seuerus.
Tertyllianus.

Sub SEVERO & ANTONINO CARACALLA post A.D. 202.

Callistratus.
Papinianus.
Messius.

Sub ANTONINO CARACALLA.

Furius Anthianus.
Licinius Rufinus.
Tryphoninus.
Paulus.
Vlpianus.
Arrius Menander.

Sub

SVB ALEXANDRO SEVERO.
Venuleius Saturninus.
Marcianus.
Aemil. Macer.

Sub GORDIANO.
Modestinus circa Ann.Do.240.

Atque hic ICtorum finis est, hîc oracula ICtorum obmutuêre, sic vt vltimũ ICtorum Modestinum dicere verè liceat, cessim & retrò collapsâ Iurisprudentia. Itaque qui deinceps successerunt IC. cuiusmodi aliquã multos obseruare licet, (& quidem inter alios INNOCENTIVM, quem multis prædicat Eunapius, eiusdémque mentio apud Ammianum item Anatolium) nudam docendi & profitendi publicè prouinciã Romæ, Constantinopoli, Beryti, susceperũt: Ius autem neutiquam adauxerunt. Siue quia, prioribus pares esse non poterant: siue occupata iam & exhausta ab aliis materia,

ſic vt ad ſummum Iuriſprudentia perueniſſet : ſiue denique barbarie paulatim inualeſcente, atque incuriâ ſolidæ eruditionis, quò alioquin pertinet querela Ammiani Marcellini, *libr.* 30. querela Theodoſij Iunioris *in Nouellâ de authoritate Cod. Theod.* & Conſiliū auctoris, qui ſub eodem Theodoſio Iun. fuit.

Hinc denique factum vt non aliud inſecuti IC. præſtiterint, quàm vt vetera excolerent, colligerent, interpolarent, quod Bibliotheca Iuris oſtēdet: quorum numero duos reperio.

Sub Constantino M. & eius Filiis.

Hermogenianum & Aurelianum Aur. Arcadium Chariſium.

Et hæc de Prudentum ſucceſſione, ſequitur de eorumdem *Seceßione* ſeu ſectis. In varias ſcilicet ſectas ab ICis receſſum, iam inde ab Auguſti tempori-

poribus,& verso in principatum Reip.statu, à paucissimis licet initio principiis quibus discordarent, latissimè tamen postea diffundente diuortio. Hinc igitur stare Cassiani, itémque Sabiniani, istinc Proculeiani, seu Pegasiani. Huius Dissidij auctores primi Atteius Capito, & Antistius Labeo, quorum ille tenax in traditis sibi Sabinos & Cassios habuit sectatores: hic verò ingenij fiduciâ multa innouare instituit, sectatoribus Proculo & Pegaso. Sic aucta dissensio à discipulis, quorum hæc Series: cui similem depinxit Contius, 1. *Succiß*.12.

SABINIANI	PROCVLIANI.
CASSIANI.	PEGASIANI.

Sub AVGVSTO.

Atteius Capito Ofilij discipulus.	Antistius Labeo Trebatij discipulus.

Sub Tiberio.

Maſſurius Sabinus.	Nerua Pater.

Sub Caio Clavdio Nerone.

C. Caſſius Longinus, à quo Caſſiani.	Proculus, vnde Proculiani.

Sub Vespasianis.

Cœlius Sabinus quo Sabiniani.	Nerua Fi. & Pegaſus à quo Pegasiani.

Sub Traiano. Hadriano, Antonino Pio.

Priſcus Iauolenus.	Celſus P.
Aburnus Valés.	Celſus F. Priſcus Neratius.
Tuſcianus, Sal. Iulianus.	

Atque hactenus, neque vltra Antoninum Pium, ſectarum iſtarum ſequaces reperiuntur. Quinimmò refrixiſſe hæc diſſidia vero verius eſt, ſaltem in apertum diſſidium res non erupit: Exinde quippe certatim orti

orti medij IC. neque in cuiusquã iurare verba Magistri parati. Etsi stetisse controuersias aliquas nihilominus verum est: quæ *decisionibus* Principum postea, & in his Iustiniani tandem sopitæ. Et hærent quoq; etiamnum, quicquid tandem egerit Tribonianus, huius dissensiones reliquiæ, quæ ideò ἐναντιόφανα nobis producunt, quibus componendis multum interest scire quis cui sectæ fuerit addictus.

Scripta veterum Iurisconsultorũ, quorum Indicẽ præferunt Pandectæ Florentinæ, præferunt legum, ex quibus Pandectæ concinnatæ sunt, inscriptiones, ad hæc summa genera refero. Vel enim in pragmaticis, seu practicis versati sunt (quò pertinent libri Quæstionum, Responsorum, Epistolarum, Decretorum, Constitutionum, Digestorum

gestorum,) vel versati sunt in πολιτδύμασι seu παραγγέλμας. i.in officiis Magistratuum describendis; (hinc tot ICtorum libri de huius vel illius Magistratus officio.) Vel denique in Theoreticis versati: vel enim excerptis & variis lectionibus concinnandis institerunt (hinc libri variarum lectionum) vel notas conscripserunt ad leges populi Rom. ad SC. Edicta, Orationes, Principum Cõstitutiones, ICos veteres: vel Tractatus singulares ediderunt: tandem ius in artem redigere sategerunt; hinc Enchiridia, Pandectæ, Regulæ, Sententię, Definitiones, Breuia, & Institutionum libri.

Cap. VIII.
DE IVSTINIANI Operibvs, seu corpore *Iuris Ciuilis.*

His ita ad Iustiniani tempora

ra perductis, *Iustinianus* ipse cum immensam illam constitutionum& Iuriscõsultorum molẽ & syluam videret, impetum cœpit, secundo statim Imperij sui Anno A.D. 528. hanc ingentem syluam cædendi, vtiliorum delectu habito, & superfluis resecatis. Quâ in re septennium integrum absumptum:& triplici quidem instituto sequenti ordine, qui ad enantiophanon quoque conciliationem obseruandus. ¶Primum ad Constitutionum Imperatoriarum conuerso studio, & decẽuiris ad id delectis & in his Triboniano & tribus illis, quas dixi Imperatoriis epochis, & ex tribus illis quos dixi Codicibus ac secutis deinceps Imperatorum, suísq; ad id tempus Cõstitutionibus, *Codicem* cõcinnari voluit. A.D. 528. Et verò secuto anno editus Codex A. D. 529. Inde ad Vete-

rum ICorum libros qui ad duo millia aſcendebant,& verſuum (i. ſententiarum) trecenties decem millia animum adiecit, quare *Pandectas* ſiue *Digeſta* exinde componi iuſſit Anno 4. Imperij ſeu A. D. 530. & quadriennium in eo vno opere abſumptum : editum quippe A.D. 533. Apertiſſima nominis ratione, quia opus hoc vniuerſa veteris prudentiæ monumenta, in vnam conſonantiam redacta, digeſta contineret. Eodem anno, & Tyronibus Iuris ſtudioſis prima iuris elementa, ſeu fundamenta, & Cunabula quatuor *Inſtitutionum* libris proponi voluit, Exemplo potiſſimum Gaij IC. & verò in publicum edidit, vno menſe ante digeſta. Sequẽte demum anno 534. cùm Codici aliquid deeſſe videret, repetita prælectione & editione eundem retractari voluit: & hic

eſt

est Codex ille nouus *repetitæ prælectionis* quo hodie vtimur priore abolito.

An.D. 528.Iustiniano.A.2. Cos.

529. Decio V.C.cos.

530. Lampadio & Oreste coss.

CODICEM fieri mandauit Iustin. Idib. Feb.

Codex editus Idib. April.

DECISIONVM 50. initium ab hoc anno.

DIGESTA componi mandat Decemb. mense.

531. Post cos. Lamp. & Or. I.

532. Post eos Lamp. & Or. 2.

533. Iustiniano. 3. cos.

INSTITVTIONES eduntur mense Nouembr.

DIGESTA eduntur mense Decemb.

534. Iustiniano 4. & Paulino coss.

CODEX repetitæ prælectionis editur mense Nouemb.

abrogato priori.

Atque hac triplici ratione plenissimè iuris studio Consultum putauit Iustinianus.

❡ Nihilo secius & ipse deinceps post Codicem suum *Nouellas* quasdam constitutiones pro rei contingentia, & negotiorum varietate edidit, quæ postea in vnum corpus collectę: & quia harum epitomen Iulianus antecessor conscripserat, *Authenticæ* dici meruerunt. His cohærent & Edicta 13. eiusdem Iustiniani, quæ non ad certum aliquem hominem aut populum scripta sunt, sed in genere prouulgata. Atque ita his quinque partibus absoluitur. Corpus Iuris Ciuilis.

Cap. IX.

De Fato Ivstinianeæ *Iurisprudentiæ.*

SEcuta sunt Iustinianum ea tem-

tempora, immò partim excepêre, quibus neque Occidentem Iuſtinianei libri penetrauerunt. Iamdudum enim eum Barbari, Gothi, Franci, Saxones, Vandali peruaſerant: peruaſerunt & poſtea Longobardi. Quare Barbarorum legibus locus iam factus, Salicis. Burgundionum Viſigothicis, Longobardicis, quas exhibet *Corpus legum antiquarum* : niſi ſicubi ſuæ & Romanæ leges infelicibus Romanorum reliquiis ſeruatæ fuerunt : & hæ ipſæ tamen leges Rom. non è libris Iuſtinianeis deſumptæ, verùm vt antea ex Codice Theodoſiano ipſo, ſtatim vt conditus (teſte Sydonio Apollinari) ita poſtea ex Epitomâ quâdam *Codicis Theodoſiani* ſubtextis nonnullis è Gregoriano, Hermogeniano, Pauli Sententiis, Vlpiani Regulis, Gaij Inſtitutionibus. In Orientis Im-

perio miro miſeróque fato, & eodem quo cæteræ diſciplinæ Iuſtinianei libri ſenſim obſoleuêre, recedente paulatim linguæ latinæ vſu, & Barbarie in dies magis ac magis accedente, quin & Nouellis ſubinde pro nouo Reip. ſtatu inſecutorum Principum Conſtitutionibus alicubi etiam per inuidiam & æmulationem tam illuſtri operi incumbentibus. Quare vt de Leonis Nouellis nil dicam, in nouas ſubinde formas opus Iuſtinianum recoctum. Nil iam dico de Inſtitutionum paraphraſi quæ Theophilũ habet auctorẽ, vtiliſſimâ; hoc ipſum ſanè oſtendit Baſilij Macedonis Epitome Iuris Codicis, ſeu Digeſtorum, ſeu πρόχειρον trecentis circiter poſt Iuſtiniani opera annis editum. Teſtantur Baſilicorum 60. libri à Leone Filio eius & Leonis filio Conſtantino Porphyro-

phyrogenneta repetita prælectione concinnari,in vnam vid. consonantiam omnibus Iustiniani operibus confusis: testatur eorundem Basilicorum synopsis seu ecloga; Fidem faciũt tot Barbara & ignota ICorum nomina, notas iam in Basilica, tanquam fundum Iurisprudentiæ conscribentium, Testis est Photij Episcopi Constantinopolitani Nomocanon, quo is leges ciuiles cum canonibus miscuit, quique postea Theodorum Balsamonem interpretem nactus est. Hinc etiam Synopsis altera Attaliatæ adhuc breuior, & velut synopsis synopseos iussu Michaelis Ducæ Imp. A.D. 1077. His accedat & Constantini Harmenpopuli Procheirum seu promptuarium ex Basilicis conflatum circa Emanuelis Comneni ætatem A.D. 1145. His accedant omni-

bus Paratitlorum Græcorum libri quorum tres Leunclauius edidit. Quorum omnium vt vſus aliquis ſæpenumero eſſe poteſt ita maximam partẽ affaniarum plenæ; vſque quo Orientis Imperio perpotiti iã Turcæ capâ Cõſtantinopoli.ann.1485.Quos tamen ipſos & reuerentia quædam Iuris Iuſtinianei vel curioſitas ſaltem tetigit, ſi verum eſt quod Leunclauius prodidit, Codicem Iuſtinianeum neque Turcis in linguâ ſuâ deeſſe.

Sed commodùm accidit, vt circa ea ipſa tempora, quibus iam omnis nitor Iuriſprudentię Iuſtinianeæ ferme decoxerat, ſalutari quodam ſydere & diuinâ virgula ſexcentos fermè annos medio quaſi ſeculo duodecimo A.D.1136. Opus Iuſtinianeum in Occidente efferri cœperit. Exactis quippe à Lothario Imp. II. Saxone ex Itali â Norman-

Normannis,& ab eodem ductu Innocentij secundi Pontificis Melphi seu Amalphi Ciuitate Apuliæ(quæ pars Italiæ diu post alias in potestate Græcorum Impp. steterat) expugnata, repertum antiquissimum illud exemplar & Iurisprudentiæ Ancyle Pandectarum, quod Pisani ab Innocentio secundo Pōtifice Maximo & Lothario Cæsare item secundo, quia classe eos aduersus Normanum Rogerium iuuissent, seu egregiè nauatæ operæ monumentum & prœmium retulerunt, eiusque donationis per Lotharium collatæ instrumentum habuisse, se Plotius Gryphius, Pisanus historicus affirmat: Et habuerunt id diu penes se Pisani, vnde & in Glossis *Pisanæ Pandectæ* vocantur, donec per Ginum Caponium Florentini A.D.1406. Pisis in potestatem redactis subie-

ctionis ſymbolum tranſtulerũt: Vnde *Pandectis Florentinis* nomen: Inde idem Lotharius Irnerij,(quem alij Vernerium vocant) qui *Authenticas* Codici ſubtexuit conſilio, Ius Iuſtinianeum & in foro obſeruari,& in Gymnaſiis doceri iuſſit, ac nominatim precibus Mathildæ Comitiſſæ Tuſciæ Piſis doceri, quod Abbas Vrſpergenſis retulit. Itaque Irnerius & Ius Iuſtineum è bibliothecis eduxit, & primus Iura in Italia Bononiæ profeſſus eſt,& primus præterea interpretationem addidit. Ab hoc initio ad alias ciuitates Italiæ & tranſmontana Galliarum propagata Iuriſprudentia, poſteaquam ſemel Irnerius vexillum extulit. Hinc enim ex ſchola Irnerij prodiêre, Placentinus Bononiæ, in Gallia Monſpelij, Iohannes Boſſianus, Martinus Coſſias, ambo Cremonenſes, Bulga-

Bulgarus Pisanus, Azo, Accursij præceptor, qui vltimus Accursius superiorum Glossas, in suas & plenissimas Iohannis auditor transfudit, temporibus Friderici II. ante annos 400. integros, i. circa annum 1227.

¶ Atque huic inquisitioni satis. Nisi quod & illud scire interest, seculo demum superiore, posteaquam veteris historię, linguarum & humaniorum litterarum studium renatum, simul & Iurisprudentiam meliori fato excitatam. Nam cũ antea soloeci filo & ieiuna atque aspera Interpretum opera Ius tractaretur, sine vllo Historicæ aut Philologicæ cognitionis lumine, quâ destituti vbique passim impegêre, Accursij glossam ceu fundum Iurisprudentiæ sequi & enarrare contenti, textu iam penè neglecto, & abolitis pene libris Iustinianeis, exorti certa-

rim qui Iuriſprudentiam ab his impolitiis vindicarunt, tum ſcriptis, tùm ipſo textu inſtaurato & in his Pandectis Florentinis eductis. In his primi & potiſſimi Guilielmus Budæus, Andreas Alciatus, Gregorius Haloander, Antonius Auguſtinus, Lælius Taurellus, Zaſius, Viglius, & poſt omnes, vt taceam cæteros, ſed qui vnus pro omnibus, *Cuiacius*, qui è latericia iam auream fecit Iuriſprudentiam.

BIBLIOTHE-
CA IVRIS RO-
MANI.

C 2

BIBLIOTHECA IVRIS ROMANI.

HISTORIAM Iuris Ciuilis proximo pedato excipiat Bibliotheca, cuius notitia hoc initio pariter præſtruenda venit; vt ita à limine ſtudiorum, ſuæ deinceps artis inſtrumenta familiariter noſſe Tyro incipiat; Atque in his potiſſimum hærendum ſibi, vel vbi aliquando ad recentiorum commentarios diuerterit, huc omnino redeundum hícque pedem figendum putet. *Bibliothecam* voco, libros de Iure Ciuili Romano, aliáque vetera monumenta & fragmenta, ceu tabulas è naufragio, quæ vel propriis conſignata editáque libris, vel

per varios sparsa libros clarorum virorum industria hodie collecta habemus: Deniq; omnia ad ius ciuile spectantium librorum fragmina, quæ superiorum temporum iniuria reliqua nobis fecit. Quæ omnia, etiam ea quæ alioquin vel minima videri possent, vel obsoleta & antiquata nimis, vel etiam à Græculis aut sequioris æui Scriptoribus consignata, maximam tamen lucem Iustinianeis libris vel illustrandis & explicandis vel restituendis subinde inferunt.

CAP. I.

PRO IVSTINIANEI Veteris Iuris reliquiæ.

PRimùm igitur eas Iuris Ciuilis reliquias apponemus, quæ

quæ spectant ad Ius vetustius Iustinianeo : Atque à publicis monumentis & legibus initium faciemus.

I. Legum REGIARVM (qui primus fundus Iurisprudentiæ Romanæ est) fragmenta primo loco occurrunt, quæ à Sexto Papirio olim in vnum corpus collecta fuerunt: ad quæ postea Granium Flaccum IC. librum Commentarium scripsisse Paulus noster author est, *in l.* 144. *ff. de V.S. Granius*, inquit, *Flaccus in libro de Iure Papiriano:* quem ipsum Granium Flaccum Licinianum allegant Festus, Arnobius: quin & Macrobius *libr.* 3. *Satur. cap.* 11. locum integrum ex hoc Iure Papiriano apponit. Verùm vtrumque opus cum ipsis legibus intercidit. Supersunt tamen ipsarum legum fragmenta nonnulla, quæ Antonius

Augustinus, Contius, Balduinus, Fulvius Vrsinus Romæ in 4. A.D. 1583. Pandulphus Pratteius, Fr. Modius, Manutius, Lipsius collegerunt, partim ipsissimet Legum Regiarum verbis consignatis: potissimam verò partē earum tantū sententiâ expressa. Sed magna Balduini confidentia fuit, qui ausus est asserere, octodecim Romuli Leges sese habere ex columnâ quâdam antea Romæ in Capitolio erectâ. Illud obseruandum, non nisi trium Regum leges occurrere, nempe *Romuli*, *Numæ &* *Servi Tullij*, (cuius 50. leges fuisse de contractibus & delictis συναλλακτικοὺς & περὶ τῶν ἀδικημάτων Dionysius Halicarnasseus disertè scribit *lib.* 4.) nullas Tulli Hostilij, Anci Martij, aut Prisci Tarquinij, ac multo minus Tarquinij Superbi, qui Tullianas aboleuerat.

II.

II. Leges XII. TABVLARVM, (qui secundus fundus & corpus Iurisprudentiæ Romanæ sunt) proximè sequuntur. Ad has sanè veteres subinde ICti interpretationes seu Commentarios & explanationes scripserant; in his Sex. Ælius, L. Acilius, Lælius, Valerius Messala, Q. Antistius Labeo, postremus omnium sub Marco Imp. *Gaius*. In ipsarum legum fragmentis eruendis vt aliquammulti alij post alios; (etiam Cuiacius *libris Obseruationum*) ita in colligendis quamplurimi operam nauarunt, puta Aymarius, Riuallius, Oldendorpius (& ex eo Forsterus) Anton. Augustinus, Romæ in 4. 1583. Balduinus, Contius, Hotomannus, Ræuardus, Calcagnin° Crispinus, Pighius, Marcilius, Franciscus Pithæus, Dionysius Gothofred. p.m.p.m. Iustus Lipsius, alii. In disponendis variũ

singuli quíque ferme ordinem sectati. Iam aliquot anni abeūt, cùm ipse varios errores ab aliis hac parte admissos obseruabam, ob aliquammulta omissa, alia interpolata, aliena etiam in hunc censum coniecta, putà Legis actiones nonnullas & elicita per interpretationem ex eâ, atque id genus alia. Ordinem vt quisque ex arbitrio commentus est, ita ad verum propius accessit Franc. Pithœus. At genuinum duobus subsidiis restituisse mihi videor; Primùm expressis Veterum quorundam in id authoritatibus, tum & sex Gaij librorum ad XII. Tabulas ordine inspecto, quorum singulis duæ Tabulæ explicatæ fuerant.

III. LEGES subinde pro vsu populi Rom. latas, OMNES quantum in se collegerunt, earúmque catalogos confecerunt: Ant. Augustinus, Zasius, Manutius

tius, Hotomannus, Charondas.

IV. SINGVLARES ex iis quasdam leges, earúmque capita peculiari studio collegerunt, & singularibus commentariis illustrarunt nonnulli; tùm Veteres ICti, (quorum Index Pandectis Florentinis præmittitur, & in materias digestus à Ioanne Pichardo) tum & noui. *Ad legem Velleiam* scripsit Antonius Augustinus: ad *leg. Iuliam Maiestatis*, Contius: ad *leg. Iuliam de Adulterijs*, Brissonius; capitibus eius XXIX. editis: *Legis Voconiæ, Falcidiæ, Iuliæ Papiæ Poppeæ, Rhodiæ, Aquiliæ* capita collegit, iisque lucem intulit Balduinus, Basileæ in 8. A. D. 1559. Et Nos aliquando legé Papiam eiúsque capita distinximus, suóque ordini restituere instituimus. Nõnullarum præterea legum obscuriorum memoriam excitarunt aliquammulti: velut legis

Gliciæ Cuiacius, 14. *obſ.*14. legis Lætoriæ, Idem 19. *obſ.* 33. Legis Cinciæ Ranchinus 2.*variar.*7.& Burgius lib.1.*Electorum cap.*18.

V. SENATVSCONSVLTA, de Iure videl. priuato, à Tiberij Principatu ad Marci Imp.tempora collegit Anton. Augustinus Romæ in 4. A.D.1583. *Orationes Principum* nõnullas,(quas SCta ſequebantur) ſingularibus commentariis illuſtrauit Scipio Gentilis,putâ *Orationem Marci de tranſactione ſuper alimentis*, Hanouiæ, in 8. A. D. Item *Orationem Antonini Caracallæ de donationibus inter virum & vxorem* in 4. Hanouiæ. A.D. 1604.

VI. EDICTVM PERPETVVM, quod Hadriani Imp.auctoritate à Saluio Iuliano ICto conditũ, atque in titulos digeſtũ (quodque tertiũ Iuriſprudentiæ Rom. fundum & *Corpus* vocare licet,

&

& vel potissimum deinceps) libris Manualium Eguinarius Baro colligere cœperat; verùm probabili minus instituto, vtpote qui sciens ea sæpius Edicta confingat, quæ nunquam fuerunt, sed quæ sunt ex Iurisconsultorum placitis, moribus Romanorum, antiquis legibus, vel etiam nouis Principum constitutionibus. Atquin multum interest, hæc non turbidè misceri, sed probè distingui. Quare secuta industria Guilielmi Ranchini, qui A.D. 1597. Parisiis in 8. Edictum Perpetuum eiusque reliquias anxiè collegit, alienis resecatis, easdémque collectas concinnauit; ita quidem vt ipsa Edicti verba vncialibus literis & maiusculis excudi rectè voluerit, cætera minutioribus. In hoc tantum subsedit eius industria; quod non ad genuinum, verùm ad Iustinianeum ordi-

nem capita Edicti disposuerit. Verùm, quod sibi tum defuisse etiam vltro Ranchinus fassus est, nouæ alicuius operæ materia aliquando ea futura Nobis, genuino videlicet ordine Edicti Perpetui restituto, quem è Veterum Iurisconsultorum Cõmentariis ad Edictum (putà Iuliani, Vlpiani, Pauli, Gaij, & cæteris) eruere procliue erit.

CAP. II.

IVRISCONSVLTORVM *Veterum ad Ius Pro-Iustinianeum reliquia.*

IVRISCONSVLTORVM OMNIVM Veterum libros, è quorum scriptis Pandectæ concinnatæ sunt, & sic in lacinias mirè per Pandectas distractos, & particulas exinde errabundas, in vnum velut corpus rursum compegēre, sed per Indicem tantum, ope inscriptionum sin-

ſingulorum capitum, peculiaribus *Indicibus* Iacobus Labittus, Ant. Auguſtinus; Quo, ceu maximo Iuris arcano, relata in vnum quaſi locum omnia capita eiuſdem Inſcriptionis, Auctoris, & libri, ſingulorum librorum cognitionem, coniectionem & argumentum Lectoribus exhibent; tum etiam in iis cuiuſque capitis quaſi quædam antecedentia & conſequentia, & ſic cauſæ quodammodo legum ipſarum cernuntur. Denique vel hac ratione quadantenus Iuriſconſultorum Veterum libri, qui alioquin interciderunt, reſtituuntur. Vnum tantum hoc ſupereſt hodie præſtandum, vt capita ipſa non per Indicem & numeros tantùm (quod à Labitto & Auguſtino factum,) ſed κατὰ πλάτος & verbotenus Lectorum oculis ſubiiciantur, & ex collatione ſingulorum capi-

tum singulis libris argumenta præscribantur: Qua ratione & longioris inquisitionis labore Lector deinceps leuabitur, & Iudicium breuissimè instruetur.

¶ Huc referenda est eorum quoq; industria, qui singulares è superioribus Iurisconsultos vel libros singularibus commentariis illustrarunt: vt Ant. Augustinus *Modestini librum de excusationibus*; Cuiacius *Africanum*, *Papinianum* integrum, *Pauli ad Edictum* libros, *Quæstiones, Responsa*; *Iuliani Digesta* & libros ex *Minicio Natali*, item *ad Vrseij Ferocis librum de ambiguitatibus*, ad *Responsa Scæuolæ*, *Vlpiani*, *Marcelli*, *Neratij*, *Modestini Responsa* eiusdemq; *libros differentiarum*; Balduinus *Sæuolam* seu Mutianam Iurisprudentiam, aliique alia.

¶ Et veterum tamen adhuc Iurisconsultorum fragmẽta ipsa extra

extra Pandectas nonnulla ad nos peruenerunt, quorum pretium iniuria & fatum cæterorum incendit. Quæ veterum Prudentum fragmenta vno volumine comprehendi vtilissimum fuerit, quod & *Petrus Pithæus* ex parte iam præstitit, & plenius adhuc præstare instituerat vnà cum Notis.

II. GAII igitur primùm fragmenta hodie nonnulla supersunt, sed Gothorum seu Aniani manu deformata, & quidem è quatuor Commentariorum seu Institutionum eius libris: Quatuor enim scripsisse eum docet Index Pandectarum Florentinarum, & præiudicium insuper Institutionum Iustinianearum, quæ Gaianarum exemplo sunt compositæ. Et sanè titulum IX. & initium X. ex libro tertio desumpta esse ostendit *lex 2. ff. de oblig. & act.* Quare deinceps ti-

tulus ita mutetur, *Gaij Institutionum libri quatuor*, vel potius, *Excerpta è Gaij libris quatuor*, pariter vt Vlpiani fragmenta, Paulique Sentẽtiæ, de quibus mox, non nisi Excerpta sunt. Obseruandum enim est, cùm per Gallias & sub Regibus Visigothorum nominatim, vetus Iurisprudentia Rom. vnà cum Codice Theodosiano obtineret, Alaricum Regem Gothorum per Anianum in suorum temporum vsum nõnulla ex Codice Theodosiano, Gregoriano, Hermogeniano, ex Vlpiano, Gajo, Pauli sententiis excerpi voluisse: Eáque omnia in vnum Corpus redacta, quod insequuti deinceps, *Corporis Theodosiani*, vel etiam *Legis Romanæ* appellatione allegare soliti. Hæc Gaij fragmenta edidit in Germania Sichardus, & Almaricus Bouchardus in Gallia, Louanij quoque edita

edita in 12. 1570. Eadem Hieronymus Aleander Iunior edidit cum commentario Venetijs in 4. apud Franc. de Francisc. Ciotti A. 1600. Et alia tamen adhuc fragmenta Gaij Institutionum colligi possunt tùm ex Pandectis ipsis, tùm ex Auctore Collationis legum Mosaicarum, Boëtio, Prisciano *sub fin. lib. 6.* & Diomede *lib.* 1. Quæ in vnum colligi è re fuerit.

III. VLPIANI quoque fragmenta seu tituli XXIX. ex corpore Vlpiani ab eadem Aniani manu supersunt, quæ Iohannes Sichardus, mox Emarus Ranconnetus & Ioh. Tilius Lutetiæ A. D. 1549. ediderunt, & à Cuiacio Commentariis illustrata, qui postea quoque in meliorem Codicem, & authẽticum exemplar incidit Iacobi Tilij; vide eum *lib.* 17. *obs.* 28. in quibus veteris iuris stricturæ quamplurimæ

ſuperſunt. ❡ Quæritur autem, ex quonam Vlpiani libro Tituli illi ſint; Neque enim ex Inſtitutionũ libris deſumpti ſunt, vt arguunt eorum librorum fragmenta, quæ per Pandectas ſunt ſparſa: Veroſimile omninò, ſumptos è libro ſeu corpore Regularum; (& ita Cuiacius quoque prodidit *13. obſ.* 16. 17. *obſ.* 28. 19. *obſe.* 31. itémque Pet. Pithœus) vt docet *lex* 17. *π. de teſtibus*, quę totidẽ verbis repetita *tit.* 20. *fragm. Vlpiani* §. 5. ex quo Vlpiani libro Regularũ nonnullos alios locos ſuppeditat Collatio legum Moſaicarũ (de quo vide Petrum Pithœũ *ad tit.* 2. *Collationis, pag.* 133.) itẽ Boëtius *ad Topica Ciceronis*.

IV. ANONYMI quoque cuiuſdam ICti veteris fragmentum ſupereſt, vnicum & pluribus tamen ſententiis conſtans: quod quidam Vlpiani ex libro eius Regg. vel etiam Gaij eſſe vo-

volunt, cuius argumentum est, de *Iuris speciebus & manumissionibus*, desumptum ex Dositheі Græculi Magistri Homiliis, & græcæ linguæ exercitationibus seu Grammatica. Id olim quidem de Latino in Grecum translatum, verùm quale hodie extat, de Græco in Latinum transfusū; Claudius Puteanus Senator Parisiēsis, primus eruit, Cuiacio cōmunicauit (vt testis ipse 17. *obs.*20.) edidit tādē Pet. Pithœus, *sub finem collationis legum Mosaicarum* A.D. 1572. in 4. Lutetiæ.

V. PAVLI Sententiarum receptarum libri quinque, i. generaliorum & forensium axiomatum seu aphorismorum, vel potius excerpta ex iis, ab eadem illa quam dixi, Alarici seu Aniani manu ad nos quoque peruenerunt. *Sententiarum* inquam *receptarum libri*, quos ad *Filium* cōscripsit, ex quibus alioquin que-

dam in suas Pandectas Iustinianus; quædam, vti dixi, Alaricus seu Anianus in suum illum Romanarum Legum Codicem & Breuiarium retulit, interpretationibus etiam aliquammultis subditis. Et hæc Excerpta vnà cum reliquis Codicis Theodosiani fragmentis Vlpiani & Gaij, Codicis Hermogeniani & Gregoriani, in Germania primus in lucem reuocauit Ioh. Sichardus sub Ferdinando I. Imp. Basileæ: in Gallia Almaricus. Bouchardus, vnà cum Gaio ad Antoniũ Pratensem Galliarum Cancellarium; postea ab Emaro Ranconneto, Tilio, accepta Iacobus Cuiacius A. D. 1557. omnia illa pleniora & emendatiora protulit (nisi quod Aniani interpretationes reiecit.) Notísque primus illustrauit. Sed & alias sententias postea ex Codice quodam Vesuntino idem Cuiacius

libro

libro obseru. 21. extulit. Ad vltimum Conradus Rittershusius (quod etiam Cuiacius aliquando in animum induxerat suum) A. D. 1594. Norimbergæ in 8. omnes ad vnam sententias Pauli, ex illis, inquam, excerptis Anianeis, fragmentis per Pandectas sparsis, Codice Vesuntino, Auctore Collationis Legum Mosaicarum, Papiani Responsis, veteri consultatione (de quibus vide Cuiacium *7. obs. 26.*) in vnum corpus retulit, seu vno libello comprehendit, & Indicem absolutum addidit, Interpretationes Aniani restituit: Minus veritus, quod Cuiacius fecerat, libros qui in Indice Florentino *Sententiarum siue Factorum* inscribuntur, eosdem cum libris *Sententiarum* facere. Similis huic editio, eiusdémque instituti prodiit siue Auarici siue Aureliæ in 12. A. D. 1599. ordo

tantùm alius ſubinde, & Index alius. Vſus harum Pauli Sententiarum potiſſimus in eo, quod præter ea, quæ cum Iure Iuſtinianeo conueniunt, quamplurima iis continentur ex Iure veteri ante Iuſtinianum recepto à Iuſtiniano vel ante ipſum abrogato, quæ mirum quantum lucis innumeris Iuris Iuſtinianei locis adferunt, vt ſunt quæ ſcribit *de lege Fuſia Caninia, de Senatuſconſulto Claudiano, de Cognitoribus, de Adſertoribus, de Crucis ſupplicio, fiducia, furti actionibus quatuor, interdictorum vti poſſidetis & vtrubi differentia, legatorum generibus quatuor, libertorum differentiis, Mancipationibus, Pegaſiano Senatuſconſulto, plus petitionibus, ſucceſſionibus ab inteſtato, dotalis prædij alienatione, viceſima hereditatum*, de Regulis nonnullis *circa inſtitutiones & legata.*

6. MODE-

VI. MODESTINI quoque Regularum fragmentum vnicum, ex libro eius III. (vel potius IX.) *sub titulo de bonis libertorum & de Testamentis*, sumptum superest, ab eodẽ P. Pithœo editum *sub finem Collationis legum Mosaicarum*.

VII. STEMMA quoque, seu vetus graduum adgnationis descriptio Iurisconsulti cuiusdam Codici Theodosiano præfixa, ab Emaro Ranconneto accepta, *quemadmodum* videlicet *lege hereditates redeant*, inserta est circa A. D. 1560. à Cujacio 5. *obs. vlt.* quem vide. Inseruit & Institutionibus suis Antonius Contius alterius generis peruetustum Stemma, ex antiquis Grecis manuscriptis, ex libro IV. Sententiarum Iulij Pauli *tit. de gradibus*. Edidit & Charondas ex MS. Dionysiano Institutionum aliam descriptionem seu for-

mam graduum ad Iustiniani veterúmque Iurisconsultorum sententiam.

VIII. CONSVLTATIONEM quoque veteris Iurisconsulti mediæ ætatis *de Pactis*, cuius nomen incompertum, ab Antonio Oisello acceptam edidit Cuiacius, de qua v. ipsum *7. obs. 26.* vbi videre est veterum Iurisconsultorum religionem & formam: Nempe ibi ipsa legum capita & Auctorum verba, quibus suam suffulcit sententiam auctor ille, verbotenus proponit; vnà cum inscriptionibus & subscriptionibus ex Godd. Gregoriano, Hermogeniano (tanta diligentia, vt etiam variis ex Codicibus varias repræsentet) Theodosiano, Sententiis Pauli, libris & titulis adnotatis. In cuius facti causam inquirit Cuiacius, *præfatione ad Consultationes suas*, v. & quæ P. Pithœus notat, *Notis ad Collationem*

tionem Legum Mosaic.

IX. NARRATIO quoque Historico-Iuridica *de Legum Rhodiarum* apud Romanos confirmatione (ab. Imp. videlicet Tiberio, Vespasiano, Trajano, Adriano, Antonino, Pertinace, Seuero) procul dubio sub ipsomet Seuero Imp. confecta, quæ præfixa est legibus Nauticis, huc pertinet: quam Simo Schardius edidit A.D. 1561. Basileæ in 8. vnà cum Legibus Nauticis Georgicis, & Militaribus Iustiniani II. de quo vide quæ idem Schardius scribit *in adnotationibus* p. 271. 272. Postea à Leunclauio vel Marquardo Frehero ex Fr. Pithœi exemplari edita accuratius, in libro cui titulum fecit *Ius Græco-Romanum* A. 1596. tom. 2. p. 265. In ea Narratione Historico-Iuridica intextũ est illud ipsum caput, quod ex L. Rhodia retulerat Volusius Mæcianus, &

extat in *l. ἀξίωσις. π. ad L. Rhod. de iactu.*

X. COLLATIO legum Mosaicarum & Romanarum (ex integris Papiniani, Pauli, Vlpiani, Gaij, Modestini, aliorumque veterum Iuris Auctorum libris, item ex Codd. Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano desumpta, & in tit. XVI. distributa) Tilio iam antea visa, à P. Pithœo Iurisconsulto ex Mandubiorum Bibliotheca edita, & Notis luculentis illustrata A. D. 1572. Lutetiæ, in 4, ad nos peruenit. Quem librum eodem anno 1572. L. Charondas manuscriptum se habere ex Bibliotheca Dionysiana professus est *in dedicatione Corporis sui ad Augustũ Senatũ Parisiensem.* Huius collationis seu pariationis Auctor *Licinius Rufinus* à Tilio primùm, mox & à Cujacio dicitur: verùm ex coniectura, an ex veteris libri fide

fide, haud ſatis compertum. Sanè non poteſt eſſe *Licinius Rufinus* ille qui Pauli coætaneus fuit: Veriſſimum enim eſt, hanc Collationem editam poſt Codicem Theodoſianum, ſeu poſt A.D. 438. quandoquidem ex eo Codice quandam conſtitutionem laudat *de impudicis*, & quidem (quod obſeruandum) pleniorem, quàm eo Codice quem habemus, extat, ac proinde ex integro non decurtato Codice Theodoſiano. Ex præfatione ſanè tituli VI. & VII. colligere licet, profeſſione Iuriſconſultum non fuiſſe. Tandem de hoc Auctore vide quæ Pithœus *initio Notarum*, quæ Marqu. Freherus *ſingulari capite* 1. *parerg*. 9. Vtilitas huius libri triplex, 1. quod perſpicuè repræſentat, quid Tribonianus, quid quantum Collegæ in excerpendis, diſcerpendis veterum Iuriſconſultorum

ſcriptis ſibi indulſerint, 2. Quod quamplurima priſci Iuris fragmenta, tùm ex Veteribus Iuriſconſultis, tum ex tribus conſtitutionum Codd. contineat, quæ alibi nuſpiam, vel non ita plenè occurrunt. Tandem oſtendit, quomodo in titulos veterum Iuriſconſultorum libri diuiſi fuerint: ſpectandus in eam rem cum primis *Titulus XV.*

XI. PAPIANI liber Reſponſorum Titulis XL. conſtans in hunc cenſum referendus eſt, vbi ex *lege Romanâ* (vt ipſemet loquitur) i. ex tribus Codd. Gaij Regulis, Pauli Sententiis quam plurima referuntur, itemque ex corpore Nouellarum Theodoſij, Valentiniani, Maioriani, Leonis & Seueri: Pithœ⁹ Theodoricianum ſeu Gotho-Romanum putauit. Sanè liquidum, fuiſſe ex aliqua earum nationum, quæ ſub Regibus conſti-

tuta

tuta Galliis iam insederat, cùm & *Nationem suam* & *Dominum Regem* memoret *titu.3.& 7.* Ego crediderim *Burgũdionem* fuisse. Nam si quis Legem Gundebaldicam conferat, eundem ordinem penè deprehendat, ac penè pariare videat. Huius porrò institutum fuit, infelicibus Romanorum reliquiis *legem Romanam* proponere: Germanicæ quippe nationes, cùm Romanas prouincias, & Galliarum nominatim, potestati suæ subiecissent, hanc erga deuictos humanitatem exercuêre, vt liberum cuique relinquerent, qua lege, ac nominatim Romana viuere vellent; de quo vide Leges Burgundionum *tit. 60.* §.1. Salicas *tit.43.* §.1. Longobard. *tit.57.* & veteres *Formularum Auctores.* In hunc ergo finẽ Corpus quoddam Iuris ex *Lege Romana* apud Gothos Anianus, apud Burgun-

diones Papianus confecere.

XII. NOTAS IVRIDICAS hùc quoque referri oportet, quę non ad libros Iustinianos pertinent, verùm ad veteres Leges, Plebiscita, Actiones, Edicta perpetua, Iuris ciuilis libros veteres, Leges denique Romanas & Codicem Theodosianum; In quibus videlicet Notæ antiqui Iuris, seu sigla, à Iustiniano abolita, explicantur; cuiusmodi cõplures libellos, & in his M. Valerij Probi Grammatici vetustissimi (cuius apud Suetonium, Gellium & Macrobium mentio fit, quique sub Augusto fuit) item Magnonis sub Carolo M. Petri Diaconi sub Conrado I. Imp. & incerti Auctoris vetustissimi, post varias aliorum Editiones in vnum tandem corpus coëgit vir doctissimus Frider. Lindenbrogius cum Notis nonnullis, editione Lugduno-Bata-

Batava in 8. A.D. 1599. His addere licet INNOCENTIVM, ex cuius libro de literis Notis Iuris, Agrimensorij videlicet, nonnulla hodie extant: quem *Innocentium* Ammianus Marcellinus sub Constantio Imp. fuisse memorat; idemque ille videtur, de quo Eunapius agit:[1] cuius edendi consilium Sichardus iam olim ceperat: tandem è Bibliotheca Palatina à Salmasio erutum edidit Nicol. Rigaltius inter Auctores Finium regundorum, Lutetiæ in 4. A.D. 1614.

XIII. VOLVSIVM MÆCIANVM *de asse, eiúsque distributione* (& in hæredum institutionibus, & in aliis multis, vt ipsemet loquitur, necessaria) neque ab hoc censu alienum putare debemus, quem Sichardus edidit primus A.D. 1528. Liber hic quippe (iudicio Cuiacij ad *l.* 21. §. 2. *ff. de annuis legatis.*) Iuris studiosis

prius addiſcendus, quàm Inſtitutiones: quod temerè accedant ad Iuris diſciplinam, quibus non benè nota eſt diſtributio aſſis.

XIV. FINIVM REGVNDORVM Auctores, Auguſtos nonnullos neque hinc abeſſe velim; in quibus Siculus Flaccus, (qui ſub Domitiano vel Trajano ſcripſit.) Iulius Frontinus, libro de agrorum qualitatibus & controuerſiis eorum, itemque Aggeni Vrbici Commentarium in eundem Frontini librum. Quos Turnebus primum, accuratiùs poſtea Nicol. Rigaltius edidit & Notis luculentis illuſtrauit Pariſiis in 4. A.D. 1614.

XV. NOTITIA Dignitatũ omnium in partibus Orientis & Occidentis, ſub Theodoſio Iun. cõſcripta, circa A.D. 426. (quam & ideo Alciatus *Breuiarium Theodoſij Iun.* appellauit.) vnde maximum Iuri noſtro lumen acce-

accedit, ad Dignitatum seu Magistratuũ & officialium Notitiã, de quib⁹ agitur primo libro Codicis, & posterioribus tribus: item ad Notitiam Iuris fiscalis & patrimonialis. Eam Alciatus excerptam primus edidit; secutus Rhenanus, qui totam edidit Basileæ in fol. Tandem à Guidone Pancirolo ex collatione duorum MSS. restituta plenius, Notisque illustrata.

Hactenus Leges publicæ, veterúmque Iurisconsultorum reliquiæ, aliáque monumenta ad Ius antiquum pro-Iustinianeum spectantia.

CAP. III.

IMPERATORIARVM *Constitutionum Pro-Iustinianearum reliquiæ.*

IMPERATORIÆ Constitutiones ante Iustiniani tempora sequuntur.

I. HADRIANI primùm Imp. Sententiæ & Epiſtolæ (hoc eſt, breuia eius Reſcripta) ex lib. 3. Doſithei Magiſtri, quæ veteri Gloſſario inſerta, primùm ab Henrico Stephano edita fuerunt, deinde ex Bibliotheca Sancti Galli apud Heluetios plenius viſa à Cuiacio 21. *obſ.* 5. Sed tandem publicè reſtituta Notiſque illuſtrata à Goldaſto Geneuæ in octauo.

II. GORDIANI conſtitutio vnica *de nuptiis* contra mandata contractis & dote caduca à P. Pithœo accepta, edita à Cuiacio 1. *obſ.* 11.

III. IV. CODICIS GREGORIANI & HERMOGENIANI quoque reliquiæ quædam hodie ſuperſunt, à manu, vt dixi, Anniani ſeu Gothorum: Quinimò & B. Auguſtinus *lib.* 2. *ad Pollentium cap.* 8. cuiuſdam Conſtitutionis ex Cod. Gregoriano memi-

meminit. Addi possunt & eæ, quæ exinde citantur ab Auctore Collationis Legum Mosaicarũ, & Consultationis veteris Auctore. Quinimò & quæ à Papiano libro Responsorum. Quorum nam autem Impp. Constitutiones his Codd. comprehensæ fuerint, ostensum iam alibi.

V. CODEX THEODOSIANVS quoque superest, per gradus quosdam necdum planè tamen, restitutus: Primum enim à Ioanne Sichardo Breuiarium Codicis Theodos. quale ab Aniani manu profectum, editum fuit, ante hos 100. annos Basileæ, A.D. 1528. Postea Ioan. Tilius libros octo posteriores integros, non iam ab Aniano decurtatos extulit, & postremo tamen libro adhuc mutilo, Parisiis in 8. A.D. 1549. Eum secutus Cuiacius librum sextum, septimum,

& octauum integros eruit, vnà cum supplemento libri postremi à Stephano Charpino acceptos, Lutetiæ in fol. A. D. 1566. Constitutiones de Senatusconsulto Claudiano lib. 4. contulit Cuiacianæ Editioni P. Pithœus. Supersunt itaque adhuc eruendi quinque priores & initium libri sexti, quorum Breuiarium tantùm ab Aniani manu habemus, quæ frustra hactenus à me quæsita.

VI. NOVELLÆ Constitutiones, post Codicem Theodosianum promulgatæ, tùm ab ipsomet Theodos. Iun. tùm & à Valentiniano aliquot primum ex Aniani Breuiario à Sichardo editæ; postea xxx. Nouellis Auctiores à P. Pithœo è Patris sui Bibliotheca A.D. 1571. Marciani quoque & Maioriani, itémque Seueri Nouellæ ex eodem Breuiario à Sichardo editæ. Maiori-

riani

riani Nouellas Guiacianæ Editioni Antonius Oisellus contulit: sed vnâ auctiores Pithœus reddidit: à quo etiam tres Anthemij Constitutiones primum erutæ, sic vt in vniuersum 34. Nouellas Pithœus dederit.

CAP. IV.

IVSTINIANEA *Iurisprudentia: Eiusque variæ Editiones.*

DE Iustinianeis operibus monuit *Historia Iuris Ciuilis.* De variis tamen eorum Editionibus, & quo progressu paulatim in melius nitidiore cultu restituta ea fuerint, quid singulis editionibus præstitum, moneri expedit. Vt de anterioribus inconditis Editionibus taceam.

I. HALOANDRINA siue No-

rica Gregorij Haloandri Corporis Iustinianei Editio A. D. 1531. prima censeri hoc in genere meretur, superioribus omnibus tersior emendatiorque: vtpote Pandectis ex collatione Florentinarum manu Politiani olim facta editis: restitutisque legum inscriptionibus: neque tamen vbique Notas Politiani secutus; tùm in textu, tùm & quoad ὀρθογραφίαν.

II. HERVAGIANA Basileensis decennio post A. D. 1541. secuta, à Ioh. Heruagio Typographo Basileensi, Alciati, vt scribit, aliorúmque Doctorum opera adiuto: in qua secutus Noricam Haloandri editionem, additis Modestini Legibus Græcis in tractatu *excusat. tutor.* & maioribus literarum formis expressis iis quæ *materialiter* poni à Grammaticis dicuntur, Legum puta, Edictorum, &c. verbis, Græco-

Græcorum quoque interpretationem præstitit. In Codice supra Haloandrinam Editionem loci non pauci neque momenti exigui restituti, quos & in Annotationes variarum Lectionum retulit.

III. HVGONIS à PORTA Editiones duæ, & posterior quidem limatior, decennio post A.D.1552.insecuta Lugduni; Pandectis ad Archetypum Florentinum attentissimè collatis: Inscriptionibus Legum restitutis: Græcis sanctionibus) insertis cum Latina Francisci Hotomanni interpretatione.

IV. FLORENTINARVM Pandectarum mox Editio secuta A. D.1553.de qua in Historia Iuris.

V. RVSSARDI editio Lugd. primm in fol. A.1561. dein Antuerpiæ apud Plantinum secuta A.D.1567.in 8. vbi Pandectæ ad exemplar Florentinum editæ;

notæ additæ, ex clarissimis illius æui ICtis. Leges coniunctæ: Sũmaria Duareni addita: Codex ad xv. Exemplaria collatus.

VI. CODICIS Constitutiones Græcæ Latinæ quamplurimæ ab Anto. Augustino editæ Ilerdæ in 8. additis Paratitlis.

VII. CONTII editio in 16. Lugduni apud Guilelmum Rouillium A D. 1571. vbi Pandectæ ad Isotypum Florentinum totidem apicibus retentis expressæ: Duæ Lacunæ sub tit. de bonis damnatorum & sub tit. de Interdictis & relegatis ope Basilicorum repletæ. Codicis Constitutiones quamplurimas Græcas, earumve epitomas plus quàm 150. ex Cuiacij thesauris, ex Ant. Augustino, & de suo quoque nonnullas addidit: Græcorum Interpretationes in Pandectis Pisani siue Bulgari siue Berguntionis addidit, summaria ex Bartolo

tolo per Chapusium.

VIII. CHARVNDÆ Editio in fol. Antuerpiæ apud Plantinum A.D.1575.

IX.X.XI. Mitto recentiores, Hotomanni, Pacij, Dionysij GOTHOFREDI p.m.p.m.editio, quæ iam totius orbis & Augustissimorum Tribunalium consensu recepta.

NOVELLAS seu Nouellarum Iustiniani μονόβιβλον primus Græcè edidit Gregorius Haloander ex descripto Bononiensi, A.D. 1531. apud Ioannem Petræum; Mox Heruagius Basileensis Typographus, Alciati vt scribit, aliorumque Doctorum opera adiutus, additis quibusdam auxit A.D.1541. Parisiensis editio tertia insecuta; in qua tamen adhuc multa desiderabantur. Tandem Henricus Scrimgerus Scotus A.D.1558.in fol. apud Hẽricum Stephanum ex Bessarionis

Cardinalis MS. Venetiis Nouellarum Editionem accurauit, ordine earum restituto numeróque aucto, quas quadriennio ante Georgius Tannerus Basileensis dederat excudendas. Et hæc de Græco Nouellarum authentico.

¶ LATINÆ Interpretationes Nouellarum tres extant: *Vetus*, cuius auctorem sunt qui Bulgarum vel Bulgari supparem sub Frid. Barbarossa, Cuiacius verò 8.*obs.vlt.* Græcum fuisse censet, qui non multo post editionem Nouellarum rogatus Occidenti Latinam interpretationem donauerit. Balduinus Mauritio Imp. & Gregorio M. supparem coniicit. Eruditionem vt aliquam Interpretis videre licet, majorem sanè quàm vulgò creditur (vt rectè probauit idem Cuiacius) ita verissimum, impolitiarum & stribliginis plenum esse,

esse, vtpote vbi neque verborum constructio sæpe cohæret, neque rerum sensus percipi potest. Quid quod in hac versione multæ Nouellæ desunt, quas ex Græcis libris suppleuerunt Haloander & Scrimgerus. Itaque secuta Gregorij Haloandri Interpretatio, quæ Norimbergæ primùm prodiit A. D. 1531. deinde alibi recusa, vt Antuerpiæ in 4. (quam & postea Ludouicus Russardus ex Duareni emendatione recognitam edidit A. D. 1567.) Tandem successit omniũ absolutissima Interpretatio Hẽrici Agylæi ad Græcum Scrimgeri Exemplar Basileæ per Ioan. Heruagium A. D. 1561. in 4. Et veterem tamen Interpretationem retinere maluit adhuc Contius: vnà cum vetere Haloandrinam Heruagius A. D. 1541. & quidem ex opposito Basileensis in fol. A. D. 1570. &

Charondas A.D.1575. in fol.iunxit. Illud obſeruandum, aliquot Nouellas addidiſſe Contium, quas in decimam collationem coniecit (cùm antea nouem tantùm eſſent,) quas & olim Iacobus de Beluiſo collegiſſe dicitur, & ſuo Codici adieciſſe hoc titulo *Extrauagantium*. Formas Præfectorum tres ſeu tria ἐπαρχικὰ contulit Cuiacius. Adeundus de his omnibus Index à Contio concinnatus, quo collationem Editionum inſtituit.

IVLIANI Anteceſſoris Conſtantinopolitani liber Nouellarum ſequitur, circa A.570. confectus; quo is Nouellas non quidem vertit integras, aut ad verbum, ſed in Epitomen contraxit, reſecatis prologis & Epilogis. Liber hic in duos libros diſtinctus, quorum prior peruenit ad *Nouellam* 63. de Iuriſdiction Præſid. Hac Nouella-

rum

rum Epitome ſub *Nouellarum* appellatione vſi olim Irnerius, Bulgarus, Azo, Ioannes, Accurſius. Primus Nicolaus Boërius eum extulit vnà cum Legibus Longobardorum, etiam cum Scholiis aliquibus. Deinde Ludouicus Miræus eundem edidit apud Ioannem Torneſium A.D. 1560. Tertia editio eſt Goltzij quæ exiit Brugis in 4. A. 1565. quam Ludouicus Miræus adornauit. Plenior & limatior exiit ab Anton. Auguſtino, vnà cum Paratitlis ſiue ſcholiis & variis lectionibus. Huic ſucceſſit Fr. Pithœi editio Baſileæ in fol. apud Petrum Pernam A.D. 1576. ex fratris Petri Bibliotheca vnà cum nonnullis Iuſtiniani & Iuſtini Conſtitutionibus, addito Gloſſario ſiue Interpretatione obſcurorum verborum Iuliani. De vtilitate huius Epitomes vide Auguſtini *præfationem*.

THEOPHILI Institutionum Græca Paraphrasis sequitur; cuius Angelus Politianus iam in Miscellaneis suis meminerat. Eum Viglius Zvvichemus Frisius ex Bessarionis MS. Venetæ Bibliothecæ, quem à Petro Bembo acceperat, & ex altero exemplari Florentino, quod à Ioh. Baptista Egnatio acceperat, primus edidit sub Carolo V. A.D. 1533. Mox accuratiùs recusâ anno proximo Parisiis, Iacobus Curtius latinè vertit. Dionysius Gothofredus p. m. p. m. ad formam tripatitorum vtiliter edidit in 4. Habet hic Auctor multa quæ textu Institutionum non continentur, partim *Bene*, partim *malè dicta*: Imò est etiam vbi ab ipso textu recedit. Vt inde colligere liceat, posteriorem Iustiniani seculo fuisse; neque dubiū mihi, quin hic ille sit Theophilus vel Theophilitzes, qui

inter

inter cæteros Basilicorum Interterpretes memoratur circa A.D. fermè 1000. De harum Institutionum vtilitate doctissimè præfatus est Viglius: Præcipua hæc capita; Ordinis continuatio, Protheoriæ seu Euidentialia (vt loquuntur) ad faciliorem intellectum; dictionum obscuratum interpretatio; veterum morum & solennium explicatio, quorum nulla vel tenuis in Latinis Institutionibus mentio; Græca, quæ in Latinis, vel explicata vel integra; Typica vel solennia Iuris veteris verba explicata; exemplis Regulæ illustratæ; Definitiones expensæ, Rationes consignatæ. Sed & quęstiones quoque varias inter interpretes exinde decidi posse octo exemplis allaris idem Viglius comprobauit. Ex his iam omnibus statuere licet, Theophilum eo tempore fuisse, quo veteris Iurisprudentiæ libri

adhuc extabant.

IVLIANI Antecessoris duas collectiones (circa A. D. 570.) ad opera Iustiniani relatas, extulit quoque P. Pithœus sub finem Collationis Legum Mosaicarũ, quarum vna inscribitur *Dictatum de Consiliarijs*; eaque continetur consilium directum ad quendam in officio publico cõstitutum, fortè etiam Adsessorẽ & Consiliarium Iudicis, quosnam videlicet Titulos potissimum ex operibus Iustinianeis super materiis maximè practicabilibus legere, atque ita se instruere necesse habeat. Altera collectio est *de Tutoribus & Tutela actione*, vbi contrarietates quasdam Iuris distinctionibus propositis soluit. In iis argumentum continetur nonnullarum Constitutionum, quæ in Iustiniani Codice hactenus desiderantur.

GEOR-

GEORGICÆ seu de re Rustica Leges Iustiniani II. (non nostri) ex *lib. 6. Harmenopuli*, de quo postea, primo ingenij fœtu à Fr. Balduino vnà cum Interpretatione & scholiis editæ Parisiis A.D. 1542. in 4. Pleniùs postea à Simone Schardio ad exemplar potissimum Ant. Augustini, Basileæ in 8. A.D. 1561. vnà cum Legibus MILITARIBVS & NAVTICIS, Annotationibus additis. Tandem inclusæ in Corpore Iuris Græco-Romani *tomo* 2. à Leunclauio, Francofurti A. D. 1596. ex Fr. Pithœi Bibliotheca. Obseruandum autem, in fine legum Nauticarum subiici sententiam DOCIMI ex libro quodam eius Iuridico, quando videlicet legibus Rhodiorum locus sit. Militares sanè Leges ex *Rufo* desumtæ è Fr. Pithœi Bibliotheca inclusæ *tomo* 2. *Iuris Græco-Romani, pag.* 249.

CAP. V.

POST-IVSTINIANEÆ *Iurisprudentiæ reliquiæ, seu Ius* **GRÆCO-ROMANVM,** *&* **ORIENTALE,** *ac Primo* **NOVELLÆ** *Imperatorum post Iustinianum.*

NOVELLÆ primùm Imperatorum post Iustinianum variæ, earumque collectiones tenendæ: IVSTINI videlicet II. & TIBERII nouellæ nonnullæ extant editæ post Iustiniani Nouellas. LEONIS item Philosophi Nouellæ seu Constitutiones CXIII. circa A.D. 890. Legum Correctoriæ ἐπανορθωτικαὶ καθάρσεις; quibus videlicet Leo quamplurima ex Iure Iustinianeo corrigere instituerat: singula capita singulis ferè constitutionibus includendo, eaque diligenter rationibus communiendo, quas Agylæus

Agylæus interpretatus est. De quibus Leonis Nouellis obseruandum est, ne quidem Leonis ætate eas satis obtinuisse, exceptis iis quæ de his Iuris capitibus sunt, de quibus nihil ante constitutum erat, hæ quippe receptæ in tritura forensi nouæ Romæ, veluti *Nou.* 29. 48. 57. 68. 71. 86. 102. 103. 104. quod testantur Græci Interpretes & Pragmatica Michaëlis Ducæ & Attaliatæ apud Cuiacium 17. *obs.* 31. Item Constantinus Harmenopulus *lib.* 1. *tit.* 6. §. 52. *& seq.* Item Balsamo *ad Nomocanonem Photij titul.* 2. *&* 3. *de precibus.*

VARIORVM deinceps Impp. NOVELLÆ, Heraclij, Constantini V. Basilij Macedonis, Constantini VIII. Romani Lecapeni, Romani IV. Argyropoli, Isaaci Comneni, Alexij Comneni, Ioannis Cōneni, Emanuelis Comneni, Alexij III. Comneni, Isaacij

Angeli, Ioannis III. Ducæ, qui S. Ludouici temporibus exstitit ante 400. annos, variis editionibus neque ab vno erutæ & editæ, puta ab Enimundo Bonefidio A. D. 1573. apud Henricum Stephanum in 8. à Ioanne Leunclauio in fine Synopseως Basilicῶν Basileæ A. D. 1575. & in libro cui Titulus Ius Græco-Romanum quem edidit Freherus A. D. 1596. Carolus Labbæus decem auctiores & emendatiores Parisiis in 8. A. D. 1606. Quædam recusæ Lugduni Batau. A. D. 1617. cum Notis, inter reliqua opera Constantini Porphyrogennetæ.

CAP. VI.

NOVÆ *Iurisprudentia post Iustinianum monumenta.*

CVM trecentos circiter annos in Oriente stetisset Iuris Iustinia-

ſtinianei τὸ πλάτος incorruptum, in nouas formas mutari cæpit.

BASILIVS Macedo cum filiis Conſtantino & Leone Philoſopho interpolandi Iuris Iuſtinianei auſpicium fecit circa A. D. 870. Quare Eclogam ſeu πρόχειρον νομικὸν Iuris Iuſtinianei multis detractis quæ inutilia putaret, titulis LX. comprehendit: de quo Prochiro v. Cuiac. *6. obſ. 9.* Extat tomo ſecundo Iuris Græco-Romani à Leunclauio compilati, hoc titulo, *Liber Leonis & Conſtantini A. A.* Variè enim hic liber inſcribitur in MSS. modò ſub Baſilij ſolius; modò ſub Baſilij, Leonis, Conſtantini; modò ſub Leonis; modò Leonis & Conſtantini, nominibus.

Ab hoc auſpicio MANVALIA ſeu πρόχειρα Iuris paſſim in Oriẽte conſcripta, omnibus fermè cauſarum Patronis ſiue Rhetoribus ſuum ſibi Codicillum &

quasi viæ Comitem conficientibus, vt docet Paulus Aegineta *in præfatione* apud Cuiacium *6. obs.10.*

PARATITLA quoque Iuris Iustin. à Græcis conscripta, id est, supplementa cuiusque Tituli ex aliis titulis & locis in vnam consonantiam redactis omnibus Iuris Iustin. partibus. Quorum *Paratitlorum* exemplar Antonius Augustinus habuisse videtur. Libri tres horum Paratitlorum tātùm, iique Latini de Græcis facti, quibus materia Ecclesiastica continetur, cùm Libris duobus Notatorum & Præfatione, quibus ratio Paratitlorum ostenditur, editi à Ioanne Leunclauio Francofurti in 8. A.D.1593.

NOMOCANON à Photio Patriarcha Constantinop. circa A. D.880. conscriptus, qui & *Procanon* dictus, quia is liber Canonibus præponitur. *Nomocanon* autem

tem ideo, quia veluti Breuiarium est Iuris Canonici Græcorum, collatione videlicet facta Imperatoriarum Constitutionum Ecclesiasticarum cum Canonibus Conciliorum & veterum Patrum Epistolis Canonicis. Hunc Nomocanonem siue Procanonem Constantinus Porphyrogenneta, idem ille, qui & Basilicorum libros, de quibus mox, repurgauit, vt docent Græci ad *l. vlt. C. de custod. reor.* apud Cuiac. *6. obs. 9.* Ad eum postea Commentarios edidit circa A. D. 1190. vt Nicetas scribit *in Isacio Angelo*, iussu Manuelis Imp. Theodorus Balsamo Antiochenus. Nomocanonem cum Commentario ex Bibliotheca Tilij primus eruit Gentianus Heruetus & Latinum hactenus de Græco fecit in fol. A. D. 1561. Successit altera interpretatio Henrici Agylæi. Tandem Græcè Latinè editus ex Bi-

Bibliotheca Palatina à Christophoro Iustello Parisiis in 4. A.D. 1615.

BASILICORVM Libri LX. quod ἑξηκοντάβιβλον, succedant, quibus videlicet commixti in vnam consonantiam Libri omnes Iustinianei sub eodem Legum ordine, resecatis superfluis, redacti. Id opus Leo Philosophus primus (idem ille qui & Nouellarum Auctor) teste Harmenopulo & Balsamone, de quo v. Cuiac. *6. obs. 9.* Basilij Macedonis filius, instituit circa A.D. 890. Secutus mox Constantinus Porphyrogenneta, idem ille qui Nomocanonem repurgauit, qui noua repetitione seu ἀνακαθάρσει circa A.D. 910. (v. Cuia. *9. obs. 10.*) id edidit. Et nactum id varios Interpretes Græcos, qui Commentarios & Glossas in id scripserunt, non minore turba quàm Iustinianeũ Latinos circa idem fermè tempus,

pus,

pus,cuiusmodi Theodorus, Dorotheus, Thalelæus, Cyrillus, Ioannes, Stephanus, Enantiophanῶν Scriptor. De horum Basilicorum vtilitate vt fidem fecit tribus exemplis prolatis *doctissima præfatione in Theophilum* Viglius, qui quinque ex his habuit,38.39.40.41.42. item Anton. Augustinus, sed Cuiacius & Cõtius cum maximè. Ex his LX. Basilicorum Libris vix decem hodie supersunt,iique Latini. A Gẽtiano Herueto editi sex, putà 28. 29. 45. 46. 47.,48. A.D. 1556. & hi quidem quatuor vltimi integri, duo priores mutili. A Cuiacio Liber LX. suæ Interpretationis A. D. 1565. Postremũ à V. Cl. Carolo Labbeo ex eiusdem Cuiacij interpretatione liber 38. & 39. Parisiis in fol. A.D. 1609. vnà cum Indice titulorum libri XL. XLI. XLII.

SYNOPSIS seu Ecloga horum

Basilicorum quoque confecta, cuius Libri Auctorem quidam vaticinantur Romanum Iuniorem Lacapenum. Ea κατὰ στοιχεῖον, id est, secundum ordinem literarum & elementorum confecta fuerat; vnde Μικρὸν κατὰ στοιχεῖον nuncupatum, quod etiam Budæus viderat, de quo v. Cuiac. 4.*obs*.10. Eam Tarenti apud Calabros à Sambuco repertam edidit & vertit Ioannes Leunclauius Basileæ in fol. A.D.1575. Adnotationibus etiam additis; non eo tamen ordine quo *composita* fuerat, id est, non κατὰ στοιχεῖον, sed iuxta ordinem Basilicorum ipsorum.

ATTALIATÆ Michaëlis quoque Synopsis alia Basilicorum extat, cuius titulus ποίημα νομικὸν ἤτοι πραγματικόν. Michaëlis Ducę Imp. iussu anno eius Imperij 3. circa A.D.1070. conscripta, *Tomo secundo Iuris Græco-Romani* inclusa

clusa à Leunclauio, à Frehero edita.

EVSTATHII Antecessoris libellus περὶ χρονικῶν διαστημάτων, seu de interuallis temporum, vel vt alij loqui amabant, *de diuersis temporalibus praescriptionibus*, à momento vsque ad 100. annorum spatium, qui tam ad Iustinianeos, quàm ad Basilicos libros refertur: Editus primùm à Simone Schardio Basileæ in 8. A. D. 1561. Mox pleniùs à Cuiacio. Tandem à Leunclauio Tomo II. Iuris Græco-Romani.

CONSTANTINI HARMENOPVLI Iudicis Thessalonicensis πρόχειρον siue ἐγχειρίδιον circa A. D. 1150. post promulgationem Basilicorum, idque non iam operibus Iustinianeis adhærens conscripsit: allegatis Nouellis Impp. vsque ad Manuelé Comnenum, qui imperauit A. D. 1145. Eum extulit primus Sualembergius.

GLOSSÆ veteres Græcæ hoc agmẽ claudant, quæ docta & concisa breuitate ordine Alphabetico verborum & vocum secretiorum Iuris Romani, quæ in Iustinianeis libris Basilicis occurrunt, interpretationem continent seu præstant. Harum Glossarum nonnulla scriptis suis iam inseruerant Alciatus, Cuiacius, Brissonius, Pithœi, Fornerius. Edidit eas ex Regia Bibliotheca, simul & Notis illustrauit Carolus Labbæus A.D. 1606. Parisiis in 8. Sed pleniores adhuc eæ extant apud Iacobum Sirmondum.

FINIS.